De recta (& emendata LINGVÆ ANGLICÆ SCRIptione, Dialogus,

Thoma Smitho Equestris ordinis Anglo authore.

LVTETIÆ,
Ex officina Roberti Stephani Typographi Regij.
M. D. LXVIII.
CVM PRIVILEGIO REGIS.

ERRATA SIC CORRIGITO.

Folio 5. *a*,	Linea 2,	ANGLICANÆ.	lege ANGLICÆ.
10. *b*,	5,	vel interpoſita,	*adde*, virgula,
11. *a*,	26,	acceſſit febris	*lege*, acceſſio febris
12. *a*,	13,	*or ful*	lege, *or fu-l*
15. *b*,	21,	*fouht*	lege, *fauht*
19. *a*,	22,	eadem eſt ratio	*adde*, vt
24. *b*,	5,	*fadl*	lege, *faul.* Ibidem linea 23, *poſt* iram exuſflando *dele* &
25. *a*,	23,	relegarunt	*lege* relegerunt
27. *b*,	28,	mirari meditando	meditari
	29,	*mȳr*	lege, *mȳs*

28. *a*, *verſus finem pag.* pro Londu, VValdu, riddu, *fauhtu*, *lädu*, lege, Londn, VValdn, riddn, *fauhtn*, *lädn*. Ibidem *b*, linea 2, cum *u*, *lege* cum *n*.

29. *b*,	29,	VValli	*lege*, Galli
34. *b*,	30,	cùm	*lege*, eum
35. *b*,	5,	Pinou	lege, Pinon
38. *a*,	15,	*dele* Δ*in*	illud malum Ibidem 31, *ðeuil* lege *ðe euil*
41. *a*,	21,	*fil*	tibia Alemannica lege *flȳt*.

DE RECTA ET EMENDATA LINGVAE ANGLICAE SCRIPTIONE.

Quintus & Smithus interloquutores.

SALVE mi Smithe. SMITH. Et tu, optatus advenis mi Quinte, quis te ventus hùc adegit, qui tam diu à nobis abfuisti? Quid agitur, quid te tot menses à nobis detinuit? QVINT. Profectò non tam sæpe te visi quàm volebam, & quàm officium meum fuit. Sed occupationes me variæ & permolestæ continuerunt, partim domi, partim foris, perlongo quidem certè tempore (vt mihi videbatur) quò minus iucundissima tua consuetudine fruerer, vt solebam: quas ego iam omnes tandem excussi, & animi recreãdi causa huc accessi, nisi te impediam forsan gravioribus negotiis occupatum. SM. Imò verò vacuo sum animo, & optabam amicum aliquem intervenire, quocum tempus trã-sigerem. Sed quid adfers noui? QV. Novi equidem nihil: Nostine sodalem meum Obstinatum? Heri mihi cum illo fuit acerrima contentio, propè ad iurgia & convitia. SM. Profectò isthuc novum non est, est enim acerbi & pertinacis ingenii homo, qui nulli vnquã rationi, quantũcunque fuerit

I.

evidens & aperta, cedit. De illo rectissimè dici potest, *Conueniunt rebus nomina sæpe suis.* Demiror certè quî possit esse tanta inter vos familiaritas vbi tãta ~~sit~~ morum dissimilitudo. Q V. Cætera perhonestus est, & amicum sum expertus eum constantem & fidum, hoc vnum eius vitium oportet perferre. At enim quamvis acerrimè nonnunquam inter nos verbis contendimus, vt videamur discedere vterque alteri periratus, tamẽ post vnam aut alteram horam totum hoc intercidit, & oblivioni datur. Neque refricamus vnquam præteritorũ memoriam, neque propterea intermittimus quotidianam nostram consuetudinem & familiaritatem. S M. Perhumanè tu quidem facis, & hac sola ratione poterit amicitia vestra durare. Qualis autem sit in controversiis quæ ad lucrum aut damnum & ad rem familiarem attinent, nescio: in rebus aliis novi hominem. Ille omneis omnium errores & abusus perviçacissimè defendit, siue sit in religione, & ceremoniis, siue in formis docendi, vestiendi, vivendi, siue in alia re quacunque. Quicquid vnquã fuit vsu receptum, & à multitudine probatum, quantumvis sit absurdum, ineptum, stolidum, & à veris, piis, sapientibus, aut doctis reprehensum, verum illi & rectum est: Nec patitur vt quis errores inveteratos coarguat aut emendet. Hoc tamen si non faceret cum tanta acerbitate, tolerabilior esset eius consuetudo. Sed pertinaciam illius nulli rationi dantem locum, & cum tanta vehementia & acerbitate coniunctam,

nequeo equidem ferre. Et propterea fugi quantum potui cum illo contendere, & continui me ſemper à nimia eius familiaritate, veritus ne aliquãdo incurrerem in odium eius inexpiabile, qui plæriſque in rebus diverſiſſimum ab opinionibus illius habeo iudicium. Q. v. De re nummaria nũquam mihi cum illo fuit controverſia: Et credo ſanè Obſtinatum in illis rebus non tam eſſe obſtinatum. Sed controverſia noſtra fuit de ſcriptione noſtri ſermonis, quam ego dicebam eſſe perineptam & mancam, vt cùm placere ſcribimus *pleaſe*, Solem, *Sonne*, Lunam, *Moone*, fimbriam, *hemme*, purum, *cleane*, ad, *to*, pedis digitus, *toe*, mediocre, *meane*, intelligo, *meane*. Dixi in his verbis non comprehẽdi eos ſonos quos exprimimus, in quibuſdam ſuffarcinatas eſſe ſyllabas literis, quæ ipſæ per ſe ſuas habent certas naturas, eaſdem iſto modo coniunctas, non eam habere vim quam volumus: in aliis nullam nos habere literam, quæ exprimat id quod dicimus. Ille vbi dixi neceſſe nobis eſſe novas excogitare literas, ridere Sardonicè, & me ſuo more irridere. Contendit autem acerrimè rectè & ex ordine ſcribi, placere, *pleaſe*, & Solẽ aut filium, *ſonne*, &c. Quid (inquit) intereſt quomodo ſcribatur, modo legi queat, & iam ſit hæc forma recepta? Ego cùm neque illi in aliqua vna re, nec in multis mihi (vt ingenuè dicam) poteram ſatisfacere, provocaui ad te, ad Haddonũ, & Aſcanium, & ſponſione cum illo certare volui, ni vos ſecundũ me ſententiam feratis, ille & vos & cæte-

ros omneis iudices recuſare. Suam ait opinionem ab omnibus probari, nam docti & indocti, literati & rudes ita ſcribunt. Quid quæris? inquit, iampridem de facto pro me ſententia lata eſt. S M. Et rectè quidem certè ſuo iudicio: nam hoc modo quivis error, & quævis inſcitia defendi poteſt. Prius tenebræ quàm lux, naſcimur pueri, literarū omnium & ſcientiarum expertes: Ergo pueros & indoctos eſſe ſemper oportet. Seculum primum (quantumvis propter probitatem laudatum eſt) expers fuit ſcientiarum omnium, & omnium opinione maximè rude. Quod ſi quiſquã in illo fuit ſciens, tam pauci fuerunt, & tam gratum adverſus illos fuit illud ſeculum, vt eos divinis afficerẽt honoribus, & deos vocarent. At Iouem aiunt Poëtæ patrem hominúmque deúmque coëgiſſe mortales ad diſcendum artes. Vides artes omneis paulatim & per temporum & ætatum intervalla ad perfectionem adductas, ſi interim non profeciſſent, in ſua ruditate manſiſſent pro rata portione. Primi homines glandibus contenti vivebant, fruges & cerviſiam ſi Ceres non invenit, certè docuit. Noah vitem plantauit, antè bibebant aquam, interrogare illum oportuit, an aqua ſola contentus viveret. At ſine literis primi homines longo tempore vixerunt, vt ante adventum Hiſpanorum in illo orbe nuper cognito multi. Reiicimúſne omnia omnium horum inventa, aut ſi qui ante nos vixerunt, reieciſſent, recténe feciſſent? Scio quid poetæ, & amẽtes hómines, poſtquam ſe pœnitue-

rit abusos fuisse donis Dei, scripserunt, & in carmē concluserunt: sed non statim quod quisque dixerit, & verum erit. Anthropophagi an non se & consuetudinem suam in sua regione, multitudine & more defendere potuissent? Rectúmne ergo quod faciunt dicere oportet, & nihil melius? Non enim est simplex hæc quæstio, sed duplex: vna, An benè fit quod est receptum: altera, An possit inveniri melius. Nam & cùm mortuorum animātium pellibus qualitercunque coagmentatis pro vestimentis vtebantur mortales, illis quidem opinione sua benè fuit, nihil enim viderant melius. At vbi pannus factus è lana, linóve, & per artificis industriam aptè, & ad omneis artus humanos conveniēter formatus fuerit, quæro, quamvis alterum sit bonum, num hoc sit melius, cum ad defendendum æstus & algores, tum ad levitatem, & libertatem membrorum ad omnia opera perficienda. Sed mitto cætera.

Literas ipse confitetur singulas suas habere vires proprias & nativas, & tamen dum consarcinantur & compingūtur tot simul & tam variè & tam sine ratione, vult vt illum efficiant sonum, quem per se nequeant reddere, tāquam si tomaclum aut farcimen velit efficere. Quæso te, si manicam iam factam, si caligas, si calceos, si pileum, si brachas, si semicinctum, si interulam accipias, & non dissuendo primùm, sed cuncta ista in sua forma manentia integra consuendo, velis togam, pallium, aut tunicam Obstinato tuo facere, ecquid place-

bit? Et tamen hæc veſtis defendet eum quomodocunque ab æſtu & à frigore, & poterit ita fieri, vt qualem qualem togæ palliíve faciat formam, ſed deridiculam. Q V. Diſpeream ni faciam Obſtinatulo meo, (is eſt quem à ſacro fonte ſuſcepi, filius Obſtinati, quem vnicè, vt pater ipſius novit, amo) talem togam. Non tamen niſi vt quãdo diſiungantur tam malè coniunctæ ridiculæ huius veſtis partes, quævis quomodo oporteat benè ſerviet. Atque ita diſiunctim benè, coniunctim malè veſtitus erit meus Obſtinatulus, & vbi partes iſtæ cohærere non poſſunt commodè, dicam eſſe quomodo vbi noſtris ſonis non eſt inventa litera. S M. At ſi hoc facias, annon inſaniet ille tam pertinax mulus Obſtinatus? Q V. Non faciet, ego illum ſatis novi, & ille me. Sed non eſt iſthuc quod volebam: viginti ſunt plus minus anni, quãdo memini me ingredi in bibliothecam tuam, tũc cũ neſcio quo libro fueras occupatus, credo fuit vt corrigeres apud nos pronũtiationem Græcam, reperi in aduerſario quodam obſervationes quaſdam manu tua ſcriptas de ſcriptione noſtræ linguæ, ſed indigeſtas & imperfectas, quædam tamẽ adhuc hærent in mea memoria, & ſæpe poſt illud tempus apud me meditatus ſum de ineptiis noſtræ ſcripturæ, & de vi ac poteſtate literarum, diverſitatéque ſcribendi, & ſæpe ac diu cogitaui quid poſſit in his eſſe verum. Et propterea præmeditatior fui ac promptior ad reſpondendũ, quando cum Obſtinato meo diſputavi. Quæſo te ſi aut

habeas hodie illa tua adverſaria, aut ſi quid amplius iſta de re commentatus es, vt mihi communices, tam tui ſtudioſo, quàm avido veritatis inveniendæ. SM. Ego verò neque tam ingratus erga meum amicum ſum, neque tam invidus adverſus populares meos, vt ſi quid invenerim rectius ac melius quàm ante me fuit, non communicem libenter, tibi privatim vt amico meo, & alijs publicè, cùm tempus erit. Sed neque illud diſſimulabo, me iam ex illo tempore de quo tu loqueris, adieciſſe ſemper animum vt quiddam invenirem melius, quàm patres atque avi noſtri habebant, quò poſſit ſcriptio noſtra pronũtiationi reſpõdere, quæ nũc videtur apertiſſimè & nimis turpiter diſſentire, mutaſſéque ſententiam ſæpius, ſcripſiſſe, deleviſſe, reſcripſiſſe, & rurſus induxiſſe, *Veritatem rectiſſimè ferunt tẽporis eſſe filiã.* Nec mihi placẽt qui præcipitãt ſua commentaria, tanquã ſi abortiantur partus. Cùm in Gallia cum cæteris legatis Regum, & rerum publicarum pro noſtra Regina legatus agebam ad calida Balnea Burbonis Archembaldici, anno & novem menſibus poſt icta cum Francorum Rege fœdera Trecenſia, eo tempore quo Gallorum Rex per ſuum edictum ſuſſpicione Guiſianæ cædis liberavit Præfectum Galliæ maritimum, quem vocant Admirallum, nactus aliquantulum otij, cœpi reuocare in memoriam, & relambere more vrſarum illum inchoatum meum fœtum, & in formam quandam commentarij reducere. Heus puer affer librum char-

taceum: at liber non eſt, chartas inquam paucu-
las conſutas. Videbis in fronte aut prima charta
titulum hunc, *Orthographia linguæ Anglicæ*, aut tale
aliquid, neque enim ſatis certò ſcio: ſed ſatis eſt
ſi vides has voces, *Anglicæ linguæ*, ille eſt. *Puer.*
En tibi. S M I. Neceſſe eſt vt eum tibi legam:
nam, vt vides, tam eſt deformatus lituris & ex-
punctionibus, vt neſcio an poſſim ipſe-
met diuinare multis in locis
quid ſcripſerim.

DE OR-

De Orthographia linguæ ANGLICÆ.

LITERAM à litura deducunt Grammatici Latini, qua deductione ſcriptionem volunt propriè ſignificari, vt & Græci γράμμαλα ἀπὸ τῦ γράφειν, vtraque tamen dictione & ad pronuntiationem abutuntur. Quod ad intelligendum attinet, nihil intereſt de voce loquamur, an de ſcriptura. 2.

Eſt autem litera, pars minima vocis articulatæ, quarum coniunctione ſyllabæ verbaque fiant. Articulata vox dicitur, qua genus humanũ vtitur, diſtinctim à cæteris animalibus, quæ muta vocantur: non quòd ſonum non edant, ſed quia ſoni eorum nullis exprimãtur propriè literarum notis. *definitio literæ.*

Literæ ſunt, aut vocales, aut ſemivocales, aut mutæ. *diuiſio.*

Syllaba propriè comprehenſionem coniunctionémque literarum ſignificat, vno niſu ſpiritus prolatam.

Sed quia vocales ipſæ per ſe ſolæ nonnunquam ſumantur in effando, quando ſic aſſumantur, ſyllabam dicuntur, quanvis καλῶς χρηϛικῶς, efficere.

Ergo ſyllabæ, aut ſunt vna ſola vocalis ipſa per ſe pronuntiata, vt, *a, e, i, o, u*, vocales Romanorum, aut aliæ vocales propriæ cuique linguæ: aut duæ iunctæ literæ, vt, *ab, el, in, ou*: aut tres, vt *abs, ſpe, mus*: aut quatuor, *ſtra, ſtre*: aut plures, vt Anglicè cùm

beſtias appellamus beſts, truncos, ſtomps, ſtellas, ſtarz, parcum, ſkars. Romani habent tales pronuntiationes, ſtirps, ſtips, ſtrabo.

Literas in pronuntiatione videmus diverſas eſſe, cuique nationi ſuas & proprias. Facilè namque id videtur vel parum verſato inter mortales, quod Angli ægrè Gallica quædam verba pronuntiant, difficilius Anglica quædam Galli aut Itali, quòd non ſint aſſueti talium literarum ſonis. Verbi gratia, cëp licitari, cër vultus, vhït album, huic qui, mic multum, θëf fur, θomb pollex, vip cum, ſmyθ, faber metallorum, & Gentilitium nomen noſtrum. Prima duo Galli nequeunt, at Itali facilè, reliqua ne Itali quidem aut Germani niſi admodum pauci rectè proferre poſſunt.

Iſta ſcribuntur vulgò ſic,
cheap.
chërt.
white.
which
miche.
theft
thomb.
with.
ſmyth.

Eſt autem ſcriptura, imitatio ſermonis, vt pictura corporis: nam vt videmus ita faciem hominis aliquando depictam, vt is qui nunquam antè viderit, agnoſcere poſſit per inanimem tabellam, vivi figuram hominis quem voluit artifex delineare: Ita per ſcripturam verba, voces, ſyllabæ, literæque prolatæ agnoſcuntur, ſubítque ſcriptura in picturæ locũ, vt verè poſſit dici ſcriptionẽ eſſe vocum picturam.

Non quòd tam evidenter & apparenter voces nobis repræſentat, quàm corpora & vmbras corporum tabella depicta, quæ vel ignorantiſſimus quiſque primo aſpectu cognoſcit: ſed quia pactione quadam, & conſenſu inter doctos certa nota certo ſono reſpondeat, Inter peritos illius

artis tam vox per notam, quàm per picturam corpus agnoscitur. Et vt videmus inter duos aut plures inter se conspirantes secretas posse notas confici, quæ vicem communium literarum vsurpent, quas notas, vulgò nunc *sifras* vocitãt: ita inter callidos negotiatores conspicimus, & errones illos, qui pedariam exercent mercaturam, atque illam colluviem nebulonũ, meretricum, & furum quos appellãt *AEgiptios*, discretam, distinctámque linguam exerceri, incognitam aliis, sibi suæque tantùm impostura servientem. Tam enim scriptura quàm vox consensu conspiratióque vtentium, non natura, designat id, quod repræsentat ad intelligendum.

Nam quæ ratio naturáve literarum facit vt *hors*, quod Anglis equum, Gallis *foris* aut *extrà* significet? Aut *se*, quod Romanis *ipsum*, nobis *mare* notaret? Non alia sanè quàm consensus, cõspiratióque diversa nationum.

Cur autem quod Galli, *che*, scribunt, ipsis eundem notet sonum, quem nos Angli exprimimus scribendo, *she*? Qua in re si propriam literarum Romanarum naturam sequamur, fieri potest, vt neutra natio rectè, alteram certè necesse est non rectè vt scribat.

Quem autem sonum nos Angli volumus exprimere cùm *che* aut *chi* scribimus, vt cùm cerasum, *chery*, iurgari, *chide* appellamus, eundem Itali, maximè Hetrusci, & Romani per *ce* aut *ci* scribunt absque *h*, ita vt *c* simplex illis tantùm va-

Ista de scriptione scribũtur quæ nunc vulgo in vsu est.

leat, quantum *ch* nobis.

Videndum eſt autem an ſit aliqua in his conſtans & conſtituta veritas, an in incerta cõfuſione poſita ſint omnia, nihil vt interſit, quid, quoque modo ſcribatur aut proferatur. Nam pro ſuo arbitrio quamque nationem videmus vti & abuti literis, vt ſuprà dictum eſt.

At ſi ſcribendi quædam ſit ars, vt & loquendi ac pingendi, ars autem eſt naturæ imitatrix: certum debet eſſe & conſtitutum quod ſequatur, neque poteſt vagari in incerto, alioqui non eſſet ars, ſed confuſa in ignoratione quidvis pro quovis abutendi licentia. Nam vt homo, niſi contra naturæ modum nõ procreat equum, nec ſpinus uvas, ſed certã quodque genus ſuam habet naturã: Ita qui pictor hominẽ velit pingere, neque collũ, neque iubam ei debet equinam delineare: neque enim eſſet illud naturam imitari, ſed tranſformare. Et qui vſitato & communi more ſcribat, ſi Latinè pro *amare, omare,* aut pro *audire odire* nobis depingeret, irrideremus, tãquam ignorantẽ quid ſequendum ſit: nam Latinarum & Græcarum vocum certam conſtitutámque iampridem agnoſcimus & ſcripturam & prolationem.

De iſta re homines ſumma eruditione & ingenio prædíti ſcripſerunt, vt non ſolùm quomodo quodque Latinum Græcúmque verbum flectendum iungendúmque ſit cum aliis, ex eorum libris ſcire queamus, ſed & quomodo ſcribendum pronuntiandúmque. Hos Grammaticos vocamus ἀπὸ

τῦ γράμματος, quod Græcis literam designat, quæ minima est portio, in quam voces & verba resolvuntur, vt antè dictum est. Quarum vim & naturam qui ignorat, vt in pictura qui primas delineationes & diagrammata nescit, nunquam ad maiora potest aspirare. Ex quo factū est, vt summi isti homines, quamvis permulta alia & præclara professi sint, tamen ab hoc quasi initio & fundamento suæ professionis nomen ac titulum desumere voluerint. Et de vi ac potestate literarū tam accuratè scripserunt, quàm de quavis alia suæ professionis parte.

Elaborarunt in hoc argumento Varro, Priscianus, Appion ille qui Cymbalum dicebatur mundi: Et inter Rhetores nō postremi iudicij Dionysius Halicarnasseus, Caius quoque Cæsar & Octavius Augustus. Quòd si qui hodie profitentur hāc artem cum veteribus illis non concordant in scribendo pronūtiandóve, non propterea putādum est illud non esse verum & proprium, quod antiquissimi doctissimíque homines tradiderunt, sed hos novos per antiquitatis ignorationem aberrare. Certè ne isti ipsi qui hodie se Rhetores aut Grāmaticos esse dicunt, tam sunt impudenter audaces vt se illis præponant: & magis, quod verum sit in hoc argumento, scire quàm illi, dicere audeant. Sed cùm in insciti deprehēsi, quomodò se commodè possint excusare non habeant, longo abusu & communis erroris nebula se tegunt, cùm hanc discutere, illum corrigere paulatim, & tollere de-

beant, si tales essent quales se esse præ se ferunt & profitentur. Cur enim se magistros dicunt, si errorem non redarguant? Cur correctores, si abusum continuant? Sed de erroribus qui sunt in vulgata Græcæ linguæ pronũtiatione tam manifesti, vt vel manu palpari queant, & quid sit in ea re verum & rectum disputavimus aliàs abundè, in eo commẽtario quem ad Steph. Gardinerum Wynton. Põtificem scripsimus. Nunc alium nobis proposuimus dicendi scopum: videlicet rationem qua lingua Anglica (quæ nunc tam ineptè & confusè ab omnibus scribitur) rectè & ex ordine scribi possit. Quod quamvis difficile sit, desperandum tamen non est quin possit fieri, si rationem & viam sequamur qua cæteræ artes initio inventæ, & pòst excultæ sunt. Bene autem habuit, quòd in altero Commentario de Græcæ linguæ scriptione nihil inter nos fuit ambiguum aut controversum, de pronuntiatione sola fuit contentio. Hîc de pronuntiatione nemini non mecum conveniet: omnis est de scriptione controversia.

Contra. ... at ubi regula?

In vtroque autem, tantùm contra veterẽ errorem & abusum literarum, eumque tam fœdũ, tam ineptum, tam incertum, & malè sibi cohærentem, vt nihil possit esse magis inconstans & stupidum, pugna fuit erítque.

3. DICEMVS igitur alio nobis initio sumpto: Rerum aliæ certam habent suam naturam æternã, vt Aristoteles credidit, & semper sui similem fu-

Rerũ divisio.

Reb9 alia ẽ natura æterna et certa et immutabilis: quã habent ꝑ creationem
alia ẽ natura hominũ ĩtꝫ se q̃dã q̃si pacto et cõsensu. q̃ habent ꝑ hypothesin

turam, vt homo, equus, avis, piſcis, herbæ, arbores, & quæ intra terram defoſſa ſunt. Quorum aliæ voces habent, aliæ formas quaſdam ac mutationes, indices perpetuas ac naturales eorum quæ his cõtingunt. Vnde homo vt animal ſagaciſſimum plurima coniectat & vaticinatur, & cætera animalia, quodque pro ſuo captu cognitione hac vtitur, tã pro alimento, quàm pro defenſione ſui.

Eſt & alia quædam certis rebus natura, quæ non hoc æterno & immutabili rerum ordine conſiſtit, ſed hominum inter ſe quodam quaſi pacto & cõſenſu. Vnde leges, numiſmata, pondera, menſuræque, contractuum iura, plurimáque pendent alia, quorum animantia muta neque curam neque rationem habent. In his verba vocéſque cuiuſque gentis numero, quæ quamvis diverſa inter ſe ſunt, dum tamen vnus alterum intelligat, vtrique communia ſunt. Ita vt ſi Anglus Anglicè Gallo Anglicè intelligenti, vel per ſe vel per interpretẽ loquatur, & eum decipiat, per quamque verborum impoſturam, tam erit in fraude, quã ſi Gallus Gallo Gallicè loquens Gallum fallat. Ex quo datur intelligi verborum ſignificationes, non pro cuiuſque arbitrio ad quodque tempus poſſe mutari: ſed ex æquo & bono debere accipi, originémque primam accipere ex illo communi conſenſu multorum, nationíſque concordia. Quò fit vt verba voceſque talem habere naturam dicuntur, vt hoc aut illud ſignificẽt in ea lingua: & ſi quis ea ad cõtraria velit deflectere, diſtorquere dicetur naturã

vocis, vimque vocabulo facere. Idem & de ſcriptione dicendum eſt, ſi quis vna litera pro alia velit abuti.

Illa per creationem naturam habent, hæc per hypotheſin: vnde non minus firmum argumentum ducitur quàm ex alia parte. Nam vt eſt firma raciocinatio, Homo eſt, ergo & animal eſt: ita nõ minus habet firmitatis & hæc, Si *a,b,* faciunt *ab,* & *b,a,ba,* iuncta ſimul faciunt *abba*. Et ſi *a* per ſe facit, *a,* & *b,b,* illa iuncta faciunt *ab*. Quemadmodum ſi viginti ſolidi faciunt librã, decem & decẽ, aut xv & v ſolidi faciunt etiam libram. Data enim hypotheſi, cætera naturaliter conſequuntur. Prima verò cõſenſio ſoni repræſentationis in his hypotheſis eſt, qua data reliqua concluduntur: vt ſi ab ea deflectas, à natura videaris recedere: tanquam ſi bovi velis ephippium inſternere, & eo ad equitandum vti, ad quod natura ſua factus nõ eſt. Quòd ſi pergas alio pro alio ſic abuti, vt ex veru candelabrum facere, de quo loquitur Ariſtoteles, neque rem facies, & paupertatẽ tam ingenij quã ſuppellectilis oſtendes tuam: non enim ob hoc factum eſt veru vt candelabrum eſſet.

Quamvis ſermo ſcripturáque ex conſenſu naſcitur, ſermonem tamen ſcriptionem præceſſiſſe palã eſt: loqui enim à nutricibus diſcimus & mulieribus imperitis, beſtiáque ipſæ quendam quaſi modum loquendi inter ſe habent, vt quoſdam motus affectuum ſibi mutuò repræſentent: at ſcribere non niſi à magiſtris habemus. Imperitia verò & igno-

& ignorantia ſemper ſcientiam tempore præceſſit, vt hæc illam natura dignitatéque.

PRIMAM ſcriptionem veri eſt ſimillimum per characteres quoſdam, & rudia beſtiarum, ſerpentum, & avium ſimulachra fuiſſe, qualia ſunt quæ vocantur Ægyptiorum ἱερογλυφικά. Pòſt acumen ingenij vidit & ambiguitatem & tædium iſtius moris: Et ſolertes homines penitius introſpicientes voces confractas in ſyllabas, & ſyllabas in ſonos ſimpliciores, eóſque poſſe certo numero cõprehendi, per quorum coagmentationem omnia vocabula compingi poſſint, & quaſi exædificari. Dederunt operam vt his ſimpliciſſimis ſonis characteres darent, quas appellabant literas & elementa. Divinum certè inventum & humano generi maximè neceſſarium: ſiue illud Thoth AEgyptius, ſiue Abraham Chaldæus, ſiue Moſes Iudæus, ſiue Cadmus Phœnix, ſiue Carmenta Latina, ſiue ſuæ cuique genti quiſque horũ, aut alius quiſquam excogitauit. Et credibile quidem eſt, vt cæteras artes omneis, ita & hanc ſcribendi, non eodem tempore perfectam & inveſtigatam fuiſſe, ſed paulatim & per incrementa quædam in eruditioribus linguis ad eam abſolutionem perductam in qua nunc cernitur. Ita Iudæi laudant Eſdram, vt inventorem certorũ punctorum in ſcriptione ſua: Græci Palamedem, & Simonidem certas adieciſſe poſt Cadmum literas narrant. Nam cùm viderent acutiſſimi homines certis ſonis de-

fuiſſe propriè reſpondentes literas, non conquieverũt donec omni ex parte ſcriptio fuit abſoluta.

Ita & Latini quamvis Græcas primum acceperunt literas, vtpote miſti Arcadum Troianorúmque colonis, à quibus multum didicerunt humanitatis: tamen quia differentes habebant ipſi ſonos, diverſos & illi acceperunt characteres, proprios & ſuos, in multis tamen Græcis conformes.

Et rudia illa ſecula contenta doceri fuerunt, abiecerúntque frugibus inventis glandium ſuarum penuriem. (At nos Angli, Galli, Hiſpani, Germani, cùm ſinguli noſtros habeamus proprios & peculiares ſonos, indiſcriminatim tamen Latinis tantũ vtimur literis.) Quæ non magis ſufficiunt ad illud exprimendum quod nos proferimus, quàm Latina verba ad ea deſignanda quæ nunquam vnquã Latinus homo viderit. Sed enim antiquiſſimi Latini non dubitarint à Græcis elephantis vocabulũ, à Sardis *maſtrugam, barrum, bardocucullum, paraſangam* ab aliis mutuari barbaris, & ſua reddere, vt ſuã ditiorem redderent linguam, & illa exprimerent quæ antea non viderint. Nos omnia ſurſum ac deorſum miſcere, vti atque etiam abuti quidvis pro quovis maluimus, quàm novum noſtrum excogitare diverſum à Latinis elementum, quod diverſum atque alium exprimeret ſonum, quàm vnquam inter ſe vſi ſunt aut audierunt Latini, qui tamen apud nos quotidianus, & familiaris eſt.

Sed præſtat exemplo patefacere defectus & errores noſtræ ſcriptionis: & ordiemur à vocalibus.

LATINI quinque vocales habebant, *a,e,i,o,u,* & eas omneis ancipites,id eſt,modò longas, modò breues, eodem tamẽ modo ſemper depictas, & eodem ſono pronũtiatas:niſi quòd vocalis longa bis tantum temporis in effando retinuerit quã breuis: vt rectè cecinit ille de vocalibus. Temporis vnius breuis eſt,vt longa duorum. Has omneis vocales & eorum differẽtias, tam ſono ab aliis quã temporibus à ſe invicem diverſas in pronuntiando,tam exactè retinet Anglica lingua,nihil vt poſſit eſſe clarius:at ſcribimus ineptiſſimé. Nonnunquam enim vt vocalem eſſe breuem ſignificemus, coagmentamus conſonantes,& in fine tamen addimus literam *e*:vt cùm ſpeluncam,gallinam,paludem Anglicè volumus dicere,*denne,henne,fenne,* ſcribimus: Ita cùm volunt longam depingere,coacervant vocales alias quæ non ſonantur, vt cùm mediocre,macrum, purum, placere vulgato more ſcribunt Anglicè, *meane,leane,cleane,pleaſe.* Quo quid vitioſius aut ineptius dici aut fingi poteſt? Nam neque in illis prioribus illud extremum (*ne*) ſonum vllum habet,& in his poſterioribus *a* & *e* nihil prorſus reddunt auribus. Ita cùm inſanum, puerum, iubere, exprimimus calamo ſic, *madde, ladde,bidde,* quæro quis pronuntiat illud extremũ (*de*)in aliquo horum verborum? Aut cùm factum, onerare, manere, *made, lade, bide,* quid ſonat illud extremum(*e*) ? Certum eſt hæc inter ſe verba nonniſi lõgitudine ac breuitate vocalis differre, quod qui auſcultare velit, & aures conſulere ſuas, niſi il-

5.

Error.

las habeat magis quàm aſinus ἀμούσους, facilè poteſt intelligere. Facilius fuerat longas tantùm vocales duobus ſupernè punctulis notare, quod nos hîc docẽdi cauſa ſequemur: aut accentu circunflexo ˜. vel ^, vel interpoſita virgula ſic -. *A* igitur Latinum Angli habent tam breue quàm lõgum. *A* ipſa per ſe noſter articulus eſt, ſingularis numeri, & rei incertæ, *a man, a tre,* homo, arbor.

A breuis.		*A longa.*	
Homo		iuba equi	
Man		*män*	*ma-n.*
longè		vale bene.	
far		*fârwel*	*fâr-wel.*
petaſo aut galerus		odiſſe	
hat		*hät*	*ha-t.*
corrumpere		equa	
mar		*mär* {vel}	*ma-r.*
ſuperare		paſſus	
pas		*päs*	*pa-s.*
vectis		nudus	
bar		*bär*	*ba-r.*
dorſum		in furno coquere.	
bak		*bäk*	*ba-k.*

Et alia ſexcenta, vbi nullius literarum ſonus auditur in lingua noſtrati, niſi (*a*) vocalis Romanæ longæ breuiſque.

Ex his facilè queant cætera cõiectari. Núc de *E* loquamur.

E Latina.

Breuis.	*Longa.*
Homines	mediocre
men	*mën*
genitum	panis
bred	*brëd*
ductus	ducere aut plumbum
led	*lëd*
lectum aut rubrum	legere
red	*rëd*
infernus	ſanare
hel	*hël*
vendere	obſignare, aut ſigillum
ſel	*ſël*
minus	locatio, aut locationis inſtrumẽtum
les	*lës*
acuere	triticum
whet	*whët.*

I Latina, quæ per ſe prolata, apud nos tantum valet quantum Latinè, ego, aut oculus, aut etiam.

Breuis.	*Longa.*
Quietũ aut liberatũ	liberare, aut acceptum ferre.
quit	*quït*
equi morſus	mordere
bit	*bït*
acceſſio febris	pugnare
fit	*fit*
roſtrum	vlcus
bil	*bil*

branchia piſcis	dolus
gil	*gïl*
membrum	calx vſta
lim	*lÿm*
pinna piſcis	ſubtilis
fin	*fin*
peccatum	ſignum
ſin	*ſïn*
per	emere
bi	*bï.*

O Latina.

Breuis.	*Longa.*
Interula muliebris	fumus
ſmok	*ſmök*
equus	raucus
hors	*hörs* oa . gma . 2 . Cro.
ſalire	ſpes
hop	*höp*
offa	ſapo
ſop	*ſöp*
neque	nota
not	*nôt*
latrocinari	toga ſenatoria
rob	*röb*
lumbricus equorum	linter, ſcapha
bot	*böt*
bulla, & irridẽdi nota aut popiſm°	papa
pop	*pöp.*

V Latinam, apertiſſimam habemus Angli, quãvis illam non agnoſcimus, iam longo tempore à

Gallis magiſtris decepti : at pronuntiatio ſonúſque noſter non poteſt non agnoſcere.

Breuis.	*Longa.*
Sed	ocrea
but	*büt or bu-t*
fortuna	aſpicere
luk	*lük or lu-k*
dama mas	liber
buk	*bük or bu-k*
limus	ira aut affectus
mud	*müd or mu-d*
plenus	ſtultus
ful	*fül or fūl*
deplumare	piſcina
pul	*pül or pu-l*
ad, & ſignum caſus datiui, & etiam modi infinitiui	duo, vel etiã aut quoq; vt, & ego quoque, *and i tü.*
tu	*tü or t-u.*

Quid clarius eſſe poteſt aut manifeſtius, quàm quòd hi ſoni literæ *v* Latinæ breuis, longæque demonſtrant: neque enim altera poteſt litera aut inveniri aut excogitari quæ ſonos tam viuè & ingenuè referat. Ex his reliqua poſſunt coniectari tam quomodo ſunt vtendæ Latinæ vocales, quàm quibus in ſonis noſtræ linguæ queant inſervire. Quid autem facies vbi ſonus prorſus eſt diverſus & alienus? Et ſcio primum ü Græcum & v Latinum núquam habuiſſe ſonum eundem. Et vt Græci ſua diphthongo (ου) cogebantur abuti ad exprimendum (*u*) Latinum : ita Romanos ad efformandum

qualitercunque υ Græcum, abusos fuisse suo *u*: vt pro *Sylla* scriberent *Sulla*. Neutraque gens rectè, sed vt aiunt κατ' ἐξοχήν: ita quia Kalendæ Græcã habebãt diductionem & sonum, κάππα Græcam sunt mutuati literam, vt eas exprimerent. Et credo tamen fecerũt ea forma vt & C Romanum efformarent, quod haberet adiunctum quasi retrò bacillum, vt robur ei adderent, ista forma ⅭC: nam C Romanum stridulum quiddam & mollius sonat quàm K Græcum. Esto autem vt hæc sit mea divinatio. Videamus iam cæteros vocaliũ sonos: nam Romanarum vocalium vltra has nullam invenies. Quid igitur agemus cùm alij sint describendi soni quos Romani nõ habebant? Quia mutuari libet, saltem à Græcis mutuabimur, neque illud per me negabitur, modò velimus non ingrati esse, & retinẽdo characteres, agnoscere per quos profecimus, redderéque Græcis quæ Græca sunt, quomodo Cæsari quæ sunt Cæsaris. Ergo quæ à nostratibus per Græcum υ pronuntiantur, docendi tantùm gratia per eandẽ literam scribemus.

Y vel υ Græcum aut Gallicum, quod per se apud nos taxum arborem significat · taxus υ.

Ningebat	tonus	cauea in qua tenẽtur accipitres
snŭ	*tŭn*	*mŭ*
occidit	q. litera	novum
slŭ	*qŭ*	*nŭ*
verum	ruta	valetudinarius
trŭ	*rŭ*	*tŭly*

dux

dux	debitum	mulus
dük	*dü*	*mület*
mula	teſtudo	cæruleum
mül	*lüt*	*blü*
tibia Germanorũ	ceruiſiã facere	accuſare
flüt	*brü*	*accüz.*

Quod genus pronuntiationis nos à Gallis accepiſſe arguit, quòd rarius quidem nos Angli in pronuntiando hac vtimur litera. Scoti autem qui Gallica lingua ſuam veterem quaſi obliterarant, & qui trans Trentam fluvium habitant, viciniorésque ſunt Scotis frequentiſſimè, adeò vt quod nos per V Romanum ſonamus, illi libenter proferunt per υ Græcum aut Gallicum: nam & hic ſonus tam Gallis eſt peculiaris, vt omnia ferè Romanè ſcripta per (*u*) per (υ) proferant: vt pro Dominus, *Dominüs* dicant, & Ieſus *Ieſüs*, intantum vt quæ breuia ſint natura, vt illud macrum (υ) exprimant melius, ſua pronuntiatione longa faciant. Hũc ſonum Angloſaxones, de quibus poſtea mẽtionem faciemus, per ẏ exprimebãt vt verus Angloſaxonicè, τρẏ.

Angli.	*Scoti.*
Meretrix	
hür	*hür*
coquus	
kük	*kük*
bonum	
güd	*güd*

ſanguis	
blüd	*blöd*
cucullus	
hüd	*höd*
fluvius	
flüd	*flöd*
liber	
bük	*bök*
cepit	
tük	*tök.*

Satis ſit hoc tempore noſſe per hæc pauca verba, diverſa prolatione in idiomatibus diverſis prolata, quomodo ſit ſonus *u* Romanorum & *υ* Græcorum intelligendus, & ſcribendus. Hactenus quidem poterimus Latinis Græcísve characteribus vti. Quid autem fiet vbi ſonus invenitur, quem neque Græci, neque Latini habuerunt, præſertim cùm omnes eorum literæ in ſimilibus eorum ſonis fuerint abſumptæ? Ecce autem ſonum Anglorum & Scotorum alium diverſúmque ab omnibus his, qui nec *ē* nec *ī* reddit auribus, ſed quoddam medium, & tamen ſimplex eſt, literáque debet dici: eſt autem ſemper ferè longa. Demus huic docendi gratia characterem eiuſmodi *ë*.

Me	profundum
më	*dëp*
videre	præceps, aut arduum
ſë	*ſtëp*
obviare	ſentire
mët	*ſël*

pedes	illa
fët	*she*
oues	hebdomada
ſhëp	*wëk*
Regina	porrum
quën	*lëk*
intelligere	bubula
mën	*bëf*
quærere	ſternutare
ſëk	*nëz*
	apes
	bë.

Ex his apparet nos Anglos habere vocales ſeptem, quarum *a*, labijs diductis aperto profertur ore, compreſſiuſculo *e*, & adhuc magis *e*: at ſonus τῦ *i* eſt exiliſſimus, vt *bät*, *bët*, *bët*, *bit*. O rotũdo ore & robuſtius quã priores effertur, *u* anguſtiore, cætera ſimilis τᾶ *o*. Sed *v* compreſſis propemodum labris, multò exilius tenuiuſque reſonat quàm *o* aut *u*, *böt*, ſcapha, *büt*, ocrea, *böt*, Scotica pronuntiatione, *ocrea*. QVINT. In his quidem nihil habeo quod contradicam: perge quæſo ad cætera. SMITH. Si Galli ſuum habent fœmininum obſcurum, ſiue fuſcum *e*, quod in fine dictionis poſitum, propè nihil ſonat, auditur tamen, & apud illos eſt frequentiſſimum, noſtræ linguæ prorſus incognitum. Etſi Scoti vocalem quandam habent in frequenti vſu, cuius ſonus eſt intermedius inter *a* Romanum & *e*, quo plurimum vtuntur in illis verbis quæ nos per *o* proferimus.

Angli.		*Scoti.*
Os		
bön	*bän*	*bean*
lapis		{aut}
ſtön	*ſtän*	*ſtean.*

Et ſi Walli noſtri & Hiſpani ſuum habent peculiarem ſonum, quem exprimunt duplici ll, vt *Llamar*, *Kullmell*, qui proximè accedit ad θλ Græcorum hodiernorum. Quid hoc ad id quod nunc eſt in manibus? De Anglicis tantùm literis & ſonis propoſitũ eſt dicere. Per me liberum erit cuique genti ſuos, adhibitis doctis viris, errores corrigere, vel ſi malint in ea qua nunc ſunt paupertate & confuſione perpetuò manere.

SEQVITVR vocales diphthongorum conſideratio. Eſt autem diphthongus omnis ſonus è duabus vocalibus conflatus: vt

A I.

Soluere	dicere	pœna
pai	*ſai*	*pain*
dies	tentare	dedignor
dai	*eſai*	*diſdain*
via	cauda	vendico
wai	*tail*	*claim*
poſſum	deficere	ludere
mai	*fail*	*plai*
ponere	libens ac volens	veſtire ſeu ornare
lai	*fain*	*arai.*

In his eſt vtraque litera breuis apud vrbanius pronuntiantes. Ruſtici vtranque, aut extremam ſaltem literam longam ſonantes, pinguem quendam, odioſum, & nimis adipatum ſonum reddũt.

Soluere
päi
dies
däi
via
wäi
poſſum
mäi
ponere
läi.

Sicut qui valde delicatè voces has pronuntiant, mulierculæ præſertim, explicant planè Romanam diphthongum *ae.*

AE diphthongus Latina.

Soluere
pae
dies
dae
via
wae
poſſum
mae
ponere
lae.

Scoti & Transtrentani quidam Angli voces has per impropriam diphthongum Græcam α proferunt, vt nec *i*, nec *e*, niſi obſcuriſſimè audiatur.

A diphthongus impropriè Græca.

Pä
dä
wä
mä
lä.

Au ſeu av.

Monedula	ſtomachus
dau	*mau*
vnguis auium	ſerra
clau	*ſau.*
crudus	terror
rau	*au*
nihil	riſus
nauht	*lauhter*
doctus	pugnauit
tauht	*fauht*
lex	ſtramen
läu	*ſtrau.*

Ei.

Inter *Ai* & *Ei* diphthongos minima differentia eſt, præſertim apud noſtrates, apud nos tamen audiuntur hi ſoni.

Fingere
fein
delicatus
deinti
pingere
peint
languidus
feint.

Sed non hæc tantùm verba per *ei* pronuntiantur, ſed cætera omnia per *ai* ſcripta mulierculæ quædam delicatiores, & nonnulli qui volunt iſto modo videri loqui vrbanius per *ei* ſonant, vt hæc ipſa quæ nos per *ei* ſcribimus, alij ſonant & pronũtiant per *ai*, tam ἀδιάφορον ſumus in his duntaxat duabus diphthongis Angli.

E u.

Et *Eu* diphthongum Græcam habent Angli, ſed rarius, quæ tamen apud Gallos eſt frequens.

Pauci
feu
ros
deu
vox catorum
meu.

monſtrare
sheu
spargere
ſtreu

Oi per o breuem & i.

Diphthongus *Oi*, vt Gallis frequentiſſima, ita nobis eſt rariſſima: habemus tamen & hunc ſonum.

Iacere discũ	solum	
coit	*soil*	
puer	verberare	
boi	*koil*	
ludicrum	assare in craticula	
toi	*broil*	
laborare	&	quæ vox mucronẽ, & indice mõstrare, & ligulam nobis notat.
toil, tormoil,	*point,*	
bractea	&	quibus ineptum & à familiaritate alienum significamus.
foil	*koi*	

In his, propter breuitatem soni, & quia breuis *o* non multũ ab *u* differt, & propterea fuit à Græcis dicta *o μικρὸν*. Poterit fortasse à quibusdam iudicari hæc melius posse per (*vi*) describi. Videmus & veteres, *voltis* & *vostris* per *o* scripsisse, quæ posteriores per *vultis* & *vestris* scripserunt. Certè soni sæpissimè variãt. At æquum est scripturam sonos sequi, vt picturam corpus, testentúrque scripturæ sonum ætatis, vt aulæa formas vestium.

φ Diphthongus impropriè Græca

Apud nos incognita est. Scoti tamen quæ nos per *oi* scribimus, per *φ* pronunciant, vix vt *i* audiatur.

OE.

Alij easdem voces per œ Romanam scribunt diphthongum.

Boe

Boe
toe
coe

Et ita pronũtiant, vt intelligas diphthongũ eſſe *oe*.

OY *diphthongus Græca, ou & ωυ. öu.*

Ex *o* breui & *u* diphthongum habebant Latini, quæ ſi non eadem, viciniſſima certè eſt *ου* Græcæ diphthongo, & proximè accedit ad ſonum *u* Latinæ. Ita quæ Latinè per *u* longam ſcribebant, Græci exprimebãt per *ου*. quæ per *u* breuem, per *υ*, quaſi ſonos viciniſſimos. At ex *o* longa & *u*, diphthongus apud nos frequẽs eſt, apud Græcos rara, niſi apud Ionas: apud Latinos haud ſcio an fuit vnquam in vſu.

ou.	*ωu.*
flectere	arcus
bou	*böu*
ſphæra	ſinum, aut ſcaphium
boul	*böul*
poteram	frigidus
could	*cöuld*
meta fœni	metere, aut irridere os diſtorquẽdo
mou	*möu*
ſus fœmina	ſeminare, aut ſuere
ſou	*ſöu.*

I & u.

I & *V* vocales, neſcio qua ratione Latini, quamvis eas cum reliquis vocalibus coniungerẽt,

diphthongorum tamen appellatione non ſunt dignati, niſi quòd quia apud Græcos, à quibus Latini Grammaticen ſuam didicerũt, talis nullus fuit ſonus, & certè quarum vocalium iunctarum ſonum non habebant Græci, earum non poterant diphthongum excogitare: at Latini habebant. Cur autem non erit diphthõgus, quæ duarum vocalium iunctarum complet ſonum? *Adſit lætitiæ Bacchus pater & bona Iuno.* Ita *Ianus*, & *ij-ijs*, *Iouẽ*. In his verbis duarũ vocalium vna comprehenſio, vt diphthongorum apud Latinos poëtas invenitur. Quid autem nobis cum Latinis? Anglicarum percurramus vocum naturas.

Ia.

Rariſſimè apud Anglos reperitur, apud veteres tamen magis, quàm apud eos qui hodie vivunt: vt

Porta *yät* {*quod nunc* gät *dicimus, & ſcribimus.*}

dabat *iäv or iäf*

Yaxleius, nomen proprium. *yaxlei*

virga, aut area *iard*

millefolium *yarou*

poſterioribus pedibus ictum incutere, & propriè equorum *iark behind.*

Ie.

Tamen *yet*

ceruiſiæ ſpuma, quod alij *barm* vocant *ieſt*

heri *yeſterdai*

luteus *yelou*

illic	agricola, aut plebeius opulentior
yender	*yeman.*
reddere ſe victum	
ïëld	

Ii.

Ii rarius apud nos reperitur, & tamen ille ſonus cernitur.

Imò	
iis	*ies*
tamen {*alij ſonant*}	
ijt	*iet.*

Io & Iu.

Vos	iuvenis
iou	*iung*
illic	
ionder	
iugum	adoleſcens generoſior
iök	*iunker.*

QVINT. Quæ nunc ſcribis per *i*, noſtrates per *y* ſcribunt. SMITH. Ita quidem & *y* litera in cæteris vocibus pro arbitrio & indiſcriminatim vice *i* vtuntur. Itaque ſi *y* characterem alium copiæ cauſa τȣ̃ *i* ſubiecerunt, characterum copiam non damno. Siquidem eandem pro *υ* Græco retinent, certè alium quàm *i* omni in loco reddere debebat ſonum. Pergamus ad reliqua.

V.

Apud Latinos *v* cunctis præponitur vocalibus,

vt vanus, Venus, vinum, votum, vulgus. Ita & apud Anglos.

ua.

Mercimonium	vaſtum
uär	*uäſt*
murus	cera
uäl	*uäx*
lepus	bellum
uat	*uar*
eram	virga
uaſ	*uand*
optare	vagari
uiſ	*uander.*

ue.

Benè	imbecillum
uel	*uëk*
madidum	hebdomada
uet	*uëk*
ducere vxorem	exherbare
ued	*uëd.*

ui.

Lucrari	ellychnium
vin	*vik*
vinum	voluere
vïn	*vïnd*
ingenium	ventus
vit	*uïnd or uind*
prudens	ferus
vïs	*uïld*
voluntas	imputare
vil	*uït.*

uo.

Ve	creuiſſe
vö	*voxen*
glaſtum	
vod	
vterus	vulnus
vomb	*vound.*

uu.

Lana	peius
vul	*uurs*
ſylua	lupus
vud	*vulf*
lucropartum	voluiſſe
vun	*vüld.*

QVINT. Cur autem hæc non ſcribis *u* duplici, iſto modo *W*? SMITH. Quid attinet duplicare, quod ſimplex queat ſufficere? triplicabimus ergo cùm ſcribimus *lanam Wul*, quaſi ſi ſic ſcriberemus *vuul*: quæ verò ratio erit huius ſcriptionis? Nam ſi vt *v* faciamus conſonantem, aut potius præpoſitam in diphthongo cõſtituenda, duplicare eam oportet, eadem eſt ratio vt & *i* in pari cauſa & ratione duplicetur. Vt ſi volo *luteum* Anglicè ſcribere, deberem *iielou*, & *adhuc* aut *tamen iijt* aut *iiet*, quod quàm abſurdum ſit quis non videt? Annon idem eſt vbique ſonus *i* & *u*, niſi quòd coniunctæ ſimul, tanquam ſi conſonanti iungerentur, vnam è duobus ſonis faciant ſyllabam? Proinde *W* pro copia characterum non reprehendo, pro nova litera certè non agnoſco. Ve-

De litera W.

teréſque Angloſaxones pro ea, quãdo nos *W* ſolemus vti, figuram iſtiuſmodi (ni fallor) ſolebant conſcribere ƿ: quæ figura non multum differt ab ea qua & hodie vtimur pro *V* ſimplici dum vèrbum inchoet. QVINT. At Grammatici in vtraque harum, quas appellas diphthongos, agnoverunt duarum literarum ſonum, ſed *i* & *u* literas in illis conſonantes appellaverunt. SMITH. Cõſonant certè, ſed quomodo magis quàm *a*, in *ai*, aut *ae*, aut *au*, aut *o* in *oi*, *ou*, *öu*, aut *e* in *ei* & *eu*. Sed hanc tamen vnam habebant rationem, quòd ante reliquas diphthongos cõſonantes ſæpe præpoſitas videbant, vt *blæſus*, *Cæſar*, *gaudeo*, apud Latinos, κραὶ, δαὶ apud Græcos. In his autem in quibus *i* aut *u* præcedit, non poteſt commodè conſonãs præponi, ſed vicem conſonantis ipſæ ſubeunt. Quæ ratio quantum valeat ipſi viderint. Quamvis enim apud Græcos non præponatur frequenter eiuſmodi diphthongis conſonans, apud Anglos tamen frequentiſſimè & apud Latinos. Nam cùm, *ſuavis*, *ſuadeo*, *ſuadela* dico, primam vocẽ duabus ſyllabis, reliquas tribus, duæne ſunt conſonãtes in prima ſyllaba, an vna cõſonans, & diphthõgus *ua*? Illæ autem voces clariſſimè narrant quem ſonum *va* in *vado*, ſicut *diſſolviſſe* apud Poëtam, quem ſonum *ui* in *ſolui* apud veteres habebat. Quid autem *qui*, *quæ*, *quod*, *quid*, *quare*? Annon *ua* diphthongum eſſe clarè demonſtrãt? Sed iſta ſint alterius diſputationis: neque verò concludit quia diphthongi frequentiſſimè ſunt longæ, ideo *ia*,

& *ue* non erunt diphthongi, quia ſæpiſſimè correptæ reperiuntur, vt *iacet*, *Venus*. Nã & apud Græcos αι & οι in fine dictionũ non rarò corripiuntur, nihilo tamen minus diphthongi ſunt & habẽtur. Apud Anglos diphthongus *ui* non minus quàm apud Græcos υι, & earum ſonos non multum fuiſſe diverſos exiſtimo.

Diphthongi vbi præcedit V, & ante eam conſonans.

Filũ retortũ	dulce	ſudare
tuïn	*ſuët*	*ſuët*
torquere	ſudor	marcere
tuiſt	*ſuet*	*duïn*
faſciis involvere	lividus	regina
ſuadel	*ſuart*	*quën*
	dare ad faſtidium, aut equi vngulam	
iurare	clavo vulnerare	homicida
ſuër	*cluï*	*manqueller*
		mulier non bonæ famæ
iuratus		
ſuorn		*que-n.*

Quod autem nos Angli dicimus

	Cur		
	hui		*whi*
	quid		
	huat		*what*
ſcribi	quem	*perinde atque*	
poſſe	*huom*		*whom*
	donec		
	huils		*whïls*
	ſpacium		
	huïl.		

docet Virgilianus verſus,
Huic aliud mercedis erit, ſimul incipit ipſe.
Quid enim aliud ibi ſonat *Huic*, quàm ſi vulgato more, *Whic?*

At & Angli τρίφθογγον habent, id eſt ex trium vocalium concurrentium vno ſono ſyllabam factam: vt

Via	deplorare
vai	*vail*
obſeruare	vulnus
vait	*vound.*

QVINT. Diſpeream, ſi aut putaram tãtum fuiſſe erroris in ſcribendo, aut tãtum facilitatis in corrigendo. Sed iſta neſcio quo modo tam nova & invſitata mihi videntur, & tamen tantum habere rationis, vt attonitus reddar, & neque quomodo aſſentiar ſciam, neque quid contradicere poſſim habeam: Sed illud ſubit memoriæ, quòd *i* & *u* conſonãtes qui Latinè pronuntiant hodie, ſonãt aliter quàm tu modò: Et quomodo ipſi ſonant, verè conſonantes videntur, & nihil habere vocalis naturæ: at vt tu profers, profectò ſunt vocales.
SMITH. Rectè exiſtimas, & cùm de conſonantibus agetur, excutiemus earum duarum literarum quas requiris naturas & ſonos. Sed tu forſan defeſſus es audiendo, & ſatius fuerit iſthuc in aliud differre tempus. QVINT. Defeſſus? Ita me Deus amet, nihil minus. Non vides vt ex ore tuo loquẽtis pendeam? videor mihi interea temporis, dum te audio, in Elyſijs cãpis, aut neſcio vbi inter Diomedes,

medes, Priſcianos, Appiones, & Palæmones verſari, tam nova & inaudita, & aut vera, aut maximè veriſimilis meis oculis & auribus inſtillatur Grammatice. Perge obſecro, & ne me nunc in medio curſu deſtitue.

DE CONSONANTIBVS.

SMITHVS. Gerendus eſt tibi mos vt video. Sequemur igitur curſum inſtitutum: & primũ excutiemus conſonantes Latinas, quæ ſi nobis poſſint ſufficere, nihil quæramus amplius: ſin minus queãt, id erit faciendum quod in vocalibus egimus: Itáne vis? QVINTVS. Quidni? Vtere quæſo tuo arbitrio, iampridem quid ſequatur audire geſtio, & curſum legẽdi tuum eſſe interruptum ægrè fero. SMITH. At enim dimidium facti qui benè cœpit habet: qui autem aliter, aut illi nonnunquam hærendum eſt in luto, vt aiunt, aut ad idem aut aliud exordium recurrendum.

Conſonantes in mutas & liquidas aut ſemivocales dividuntur: Mutæ rurſus in tenues, medias, & denſas ſiue aſpiratas. Dubito an ſecundum ordinẽ hũc explicare debeam has quæ reliquæ ſunt literas, an ſecũdum alphabeti Latini ſeriem, quæ mihi quidem certè confuſa videtur, & caſu potius quàm ratione ſic poſita. QV. Facito quod libet: ſed ſi ſeriem ſequeris alphabeti, vt qui ſubtrahunt ordine calculos in putanda ratione, planiſſimè oſtẽdes quæ deſint, quæve ſuperſint nobis literæ. SMITH.

Faciam quod requiris, & ita eſt in hoc adverſario, in alio ſum alium ſecutus ordinem.

B.

Litera ſecunda in Alphabeti ſerie, *b* eſt. Hæc nobis cum Latinis communis eſt.

	Calvus		cancer
	bauld		*crab*
	vola		roſtrum
	bel		*neb*
vt, Præcedendo vocalem.	avis	Sequendo	coſta
	bird		*rib*
	audax		ſtultus
	bould		*lob*
	taurus		vulpecula parva
	bul		*cub.*

Q v. Bene habet, hæc intelligo. Sm. At non tam facilè quæ ſequuntur.

C.

C, vt nunc qui Latinè apud nos, & in Gallia loquuntur hanc literam vſurpant, nec vim neque poteſtatem vllam habet, & proinde litera non eſt: miror itaque ſi tam inſani fuerint primi formatores literarum Latinarum, vt talem excogitarint. Nam ante *a* & *o*, & *u* planè κ Græcum ſonat: quippe quomodo nunc ſonamus Latinè, *cado, coram, cudo*, quid ſonamus aliud, quàm κ*ado, koram, kudo?*

At ante *e* & *i* apertiſſimè refert *s*, vt *cedo, cilium:*

quid aliud quæso audiũt aures quàm *ſedo* & *ſilium*? Dic proinde quid opinione tua ſit? Annon videtur hæc litera Androgyne natura, nec mas, nec fœmina, & vtrunque & neutrum, monſtrum literæ, non litera: ignorantiæ ſpecimen, non artis. Ars enim regula quadam & conſtantia naturæ quicque conſtituit. Hac autem quomodo nunc vtimur, aut abutimur potius in Latina vulgari pronuntiatione, profectò neſcio quæ litera, neque quid ſit. Nã ſi *s* litera ſit & *k*, vt alphabetum Latinum (quod tu me vis ſequi) demonſtrat, quævis aut poteſtas relinquitur huic vagatrici C, niſi vt neſcio quod monſtrum aut empuſa ſit, quæ modò mas, modò fœmina, modò ſerpens, modò cornix appareat. Et per eiuſmodi impoſturas pro ſuo arbitrio tam *s* quàm *k* exigat ædibus & fundis ſuis: vt iure poſſint hæ duæ literæ contendere cum C per edictũ Vnde vi: neque dubito quin vbi ſit æquus Prætor, facilè C cadet cauſa. Quæſo quid tibi videtur? Vides quid ſcriptum ſit. Q v. Video quæ ſcribis, & quod tibi iam ludere libuit in hoc argumento: ſed quid tu ponis verũ, id aveo ſcire. S m. De veritate non eſt facile ferre iudicium. Chriſtus ipſe à Pilato interrogatus quid eſſet veritas, tacuit. C apud Latinos eandem habuit formam & characterem, quem σῖγμα apud Græcos veteres. An hæc fuit occaſio quòd ignorantia confuſióque eundẽ apud imperitos dederit ſonum C quem S, nolo affirmare. ⅭC vt antè dixi, niſi bacillum quoddã illi C adiunctum habet à tergo: ſi ſcriptores fe-

ſtinationis gratia bacillum omiſerunt, ſonum cõfuderũt, non poſſum in his rebus certũ quid affirmare. Scio verò Gothos, Wandalos, Scythas, Turcas, tam in vna quã in altera lingua nõ ſolùm in loquendo, verũ etiam in ſcribendo & pronũtiando cõfudiſſe omnia. Vnde pro vna Latina lingua natæ ſunt Italica, Gallica, Hiſpanica, Sicula, linguæ quæque harum diverſæ à ſe inter ſe ipſæ & à cæteris ſuis ſororibus: difficillimum, vt ſit in tanta cõfuſione perſequi antiquitatis veſtigia. QVINT. Obſecro te, mittamus iſta quæ niſi dubitationem afferant. Perſequamur quod reliquum eſt tui cõmentarij. SMITH. C quomodo nunc vtimur vulgò aut nullas, aut nimias habet vires, nam modò *k* ſonat, modò *s*. At ſi litera ſit à *k* & *s* diverſa ſuum debet habere ſonum. Neque credẽdum eſt primos Latinarum literarum excogitatores novũ caracterẽ & à Græcis diverſum, niſi pro novo voluiſſe ſono formare. Itali & maximè Hetruſci C ſuam ſonant vt nos, maximè ante vocales *e* & *i*. Certè vt recuſent Itali literam hanc & eius nativũ ſonũ ante *a*, *o*, & *u*, nos non poſſumus, qui eundẽ ſonum habemus tam ante quàm poſt omneis vocales. Et quia Galli ſonum illum non poſſunt exprimere, ſonarunt *c* vt *s*: quæ fuit occaſio forſan, quòd C quoque apud nos naturalem ſuum perdidit ſonum, qui poſt amiſſas per irruptionem Barbararum gentium humaniores literas, Gallis ſumus vſi magiſtris. Certè qui vetuſtæ illius Anglo ſaxonicæ linguæ & ſcriptionis periti ſunt, cõten-

dunt apud illos atavos noſtros Angloſaxones, *c* literam, maximè ante *e* & *i*, eum habuiſſe ſonũ, quem & nos pro vero τῦ *c* ſono agnoſcimus, in his verbis quæ ſequuntur, & ſimilibus:

Sacellum	rapere
cæpel	*kac*
caſus	par
cans	*mac*
findi per ſe, aut vento	rapere
cap	*kec*
ceraſum	medicus
ceri	*lëc vel lëc*
caſeus	ruptura
cës	*brec*
{Ante vocales} licitari	{Poſt vocales} adporta
cëp	*fec*
ferrũ quod mucronẽ vaginę ambit.	prurigo
cäp	*ic*
puer	nates
cild	*brëc*
ſcindere	canis fœmina
cop	*bic*
mentum	conſarcinari
cin	*boc*
templum	roca, piſcis fluviatilis, quem Galli *gardon* appellant
circ	*röc*
	ciſta, vel arx
	huc
	multum
	muc
	templum
	curc vel körc

Græci hoc poſtremum κυκλαχὴν appellant. Vides vt Anglica lingua, quæ ferè cuncta profert, μυ-

ποσυλλαβως in arctum hanc vocem Græcam redegit. Multa quæ nos per hoc *c* (ſive ſit Romanum ſive Hetruſcum, certè Anglicum eſt) pronuntiamus, Scoti & Transtrentani Angli per *k* pronuntiant & ſcribunt, vt templum *kŏrk* vel *kurk*, canem fœminam, *bik*, nates *brĕk*, *brek* rupturam appellant, & plæraque alia iſto modo. Neque ſanè ignoro noſtrates hodie in hoc eſſe errore, vt omnes hos ſonos per *ch* conſcribant: quæ forma tam eſt contra rationem omnem, quàm eſt illa diverſitas in pronuntiando *c*. Rectiſſimè dixit Ariſtoteles, Vno inconveniente dato, multa contingunt. Nam ſi rem vnam abſurdam & naturæ contrariam ponis, & pro fundamento conſtituis, quod ſuper hoc ædificas & architectaris difficillimum eſt, vt non maiorem abſurditatem procreet. Si *ce* & *ci* ſonat idem quod *ſe* & *ſi*, quomodo nos & Galli hodie legimus, tum *che* & *chi* debĕt idem efficere auribus quod *she* & *shi*, quemadmodum *che* & *chi* hodie Galli legunt, & per hanc rationem rectè, nos vitioſé. Et ſi *ca*, *co*, & *cu*, idem debent efficere in legendo quod *ka*, *ko*, *ku*, (nam ſic hodie ſonantur) tunc *cha*, *cho*, *chu*, idem faciunt quod *kha*, *kho*, *khu*. Vt ſi *ca* facit duo, cui adiungo *h* quod valeat tria, *cha* faciet quinque: Et ſi *ka* tantum facit quantum *ca*, & *h* eidem illi adiũcta ſit, certè *ka* faciet nec plus nec minus quã quinque: aut omnis excidet Chryſippi & Ariſtotelis Dialectica, & Euclidis Geometria. C Anglica pronuntiatur, lingua ſuprema dẽtes ſuperiores, aut palatum vicinum premente, &

in ipſo afflatu reſiliente. Q v. Ita vivam, vt neſcio iam vbi ſim, ita ſum affectus, dum video ſcriptionem, nova & incognita videtur, dum te audio, neceſſe cerno eſſe vt tibi aſſentiar. Perge (te per omnia numina precor) & ediſſere reliqua.

D.

SMITH. Magnam partem in reliquis tanta cõtroverſia non eſt quantum ad Latinam pronuntiationem attinet: Nam τδ *d*, & ante & poſt vocales idem nobis qui & illis ſonus eſt.

	Ludere		vitioſum, aut iuſſit
	dali		*bad*
	audere		puer
	där		*lad*
	debitum		ductus
	det		*led*
	ſurdus		paſtus
	dëf		*fed*
	mortuus		iubere
{Ante vocales}	*dëd*	{Poſt vocales}	*bid*
	tinxit		medium
	died vel *did*		*mids*
	canis		virga
	dog		*rod*
	apis genus		gleba
	dor		*clod*
	oſtium		ſanguis
	dür		*blud*
	hebes		limus
	dul		*mud.*

F.

Longè			baculus
far			*ſtaf*
cadere			ridere
faal			*laf*
adporta			bubula
fet			*bëf*
ſentire			carum
fël			*lëf*
aptum			folium
fit			*lëf*
primum			rigidum
{Ante vocales} *firſt*		{Poſt vocales}	*ſtif*
quia			ſi
for			*if*
nemoris cuſtos			de
foſter			*of*
ſtultus			panis vulgato more rotũdus factus.
fül			*löf*
plenus			ſupellex
ful			*ſtuf*
			iraſci, aut ægrè ferre, præſertim dũ irã exufflãdo naribus oſtẽdit quis
			ſnuf.

G.

G quoque vulgata pronuntiatione duplicem & ancipitem apud vulgus reperit pronuntiationem, aliter vt ſonet ante *a*, *o*, & *u*, quàm ante *e*, & *i*. At ſequendo ſemper vnam ſonandi formam obtinet, quam nos hoc tempore ſequemur, & de altero ſono ſuo loco differemus.

genuit

	Genuit, aut cœpit		crumena
	gat		*bag*
	fel		equus parvus
	gaul		*nag*
	coniectari		ovum
	ges		*eg*
	gignere		tibia
	get		*leg*
Ante vocales	branchia		ficus
Ante vocales	*gil*	Post vocales	*fig*
Ante vocales	donum		porcellus
	gift		*pig*
	Deus		lignum
	god		*log*
	bonus		canis
	gud		*dog*
	gingiva		mamilla
	gum		*dug*
			auriculas vellere
			lug.

H.

Quidam nimium græciſſantes, *h*, è literarum tanquam ſenatu moverunt, alii relegarunt, noſtra nihil intereſt: Græci ſemper in initio & ante vocales ſolas, habebant, niſi in ρ, cui ſemper ferè ſuũ denſum adiungebant ſpiritum, & rectè quidem in hac parte græciſſant noſtri Walli: nos huius magnum habemus vſum, ſiue literam libeat, ſiue ſpiritum appellare, & ante, & poſt vocales.

	Habuit		ridere
	had		*lauh*
	aula		docuit
	haul		*tauht*
	infernus		nox
	hel		*niht*
	ſanare		pugna
	hël		*fiht*
	mons		emit
Ante vocales	*hil*		*bouht*
Ante vocales	occultare	Poſt vocales	cæpit
Ante vocales	*hïd*	Poſt vocales	*couht*
	canus		quæſiuit
	hör		*ſouht*
	foramen		nihil
	höl		*nouht*
	ſcortum		fi
	hür		*fih*
	cucullus		ſuſpirare
	hud		*ſih*
			tuſſire
			cöuh.

Scio, *tauht, niht, fiht,* & cætera eiuſmodi ſcribi etiam *g* adiuncto, vt *taught, night, fight:* Sed ſonum illius *g* quærant, quibus ita libet ſcribere, aures profectò meæ nunquam in illis vocibus ſonitũ ꝟ *g* poterant haurire. Supervacaneas verò literas exaratoribus qui nimium habẽt ineptiarum & plus ſatis otij, relinquendas eſſe cenſeo.

K.

K pro Græca litera Romani agnoverũt, quòd hunc ſonum in ſua lingua primùm non habebãt,

niſi in his vocibus quæ Græcam habuerunt originem: & vbi habuerunt, pro ea ſunt vſi litera *q:* ſed niſi vbi *u* perpetuus τῦ *q* comes aderat, *qui, quæ, quod, quid, quare, quoniam,* &c. Eſt & hæc litera *k* Gallis planè ſupervacanea, aut certè *q* eſt, nam *qui, quæ, quod,* & reliqua eiuſmodi, nulla pronuntiant differentia, ne minima quidē, à *ki, ke, kod, kid.* Itali nunc *ca, co* & *cu* ſonant vt *ka, ko, ku: ce* & *ci,* Longobardi vt *ſe* & *ſi.* Tuſcani vt nos, cùm primā ſonamus Anglicarum vocum quæ *ceraſum* & *iurgari* ſignificant. Quod ſi *c* litera ſonum habet quem antè dixi: *k* litera nobis maximè neceſſaria eſt, & præcedit, ſequitúrque vocales omnes.

Felis		dorſum	
kat		*bak*	
poſſum		congeries	
kan		*ſtak*	
cognoſcere		paxillus, aut depone	
ken		*ſtäk*	
Cantia		offa carnis	
kent		*ſtëk*	
occidere		difficilem præbere	
{Ante vocales} *kil*	{Poſt vocales}	*ſtek*	
rex		tranſfodere, aut ligniculū	
king		*ſtik*	
genus		ſtimulus	
kin		*prik*	
pullus		truncus, aut ſors	
kolt		*ſtok*	
frigidus		ſera	
kould		*lok*	
ſuber		anas	
kork		*duk*	

	poculum		fimus
	kup		*muk*
	canis ruſticus		fortuna
	kur		*luk*
Ante vocales	refrigerare	Poſt vocales	aſpice
	kül		*lük*
	ſeligere		dux
	kul		*dük*
	miſer		
	kaitif.		

L.

L litera ſemivocalis eſt, quam quanvis abhorreant Itali & maximè Hetruſci, qui pro *flume, flore, fiume* & *fiore* ſcribunt & loquuntur, tamen Angli retinent eam ſemper integram.

	Serò		ſphæra, pila
	lät		*baul*
	carere		vocare
	lak		*caul*
	ſinere, & etiam impedire		parvus
	let		*ſmaul*
	ducere		omnis
Ante vocales	*lëd*	Poſt vocales maximè a, habet u adiunctum	*aul*
	dies iuridicus		procerus
	lët		*taul*
	porrum		vola
	lëk		*bel*
	ſimilis		deiicere
	lik		*fel*
	lux, aut leuis		implere
	liht		*fil*

ſors
lot
lignum grandius
log
dominus
lörd

Ante vocales
ignavus
lurden
procul
lüf

Poſt vocales maximè a, habet u adiunctum
roſtrum
bil
turpis, aut volucris
foul
ſphæra
boul
cucullus
coul
vectigal telonæum.
töul
taurus
bul
plenus
ful
ſcamnum
ſtül
furatus, & ſtola ſacerdotis
ſtöl
craneum
ſkul.

Qui neſcit quid ſit eſſe ſemivocalem, ex noſtra lingua facilè poterit diſcere : ipſa enim litera *L* quandam quaſi vocalem in ſe videtur continere, ita vt iuncta mutæ ſine vocali ſonum faciat : vt

Habilis
äbl
ſtabilis
ſtäbl
fabula
fabl
imbecillis
febl

frænum
bridl
cribillatus panis
cribl
iungere
coupl
ruditer facere
cobl

ſcribillare	ceſpitare
ſcribl	*ſtumbl*
morſitare	ſenum edentulorum more mandere, aut inter dentes muſſitare.
nibl.	*mombl.*

In omnibus his quidam *e* addunt in fine, vt *able, ſtable, fable:* ſed certè illud *e* non tam ſonat hîc, quàm fuſcum illud & fœmininum Francorũ *e*, nam ne quicquam ſonat. Alij *abil, ſtabil, fabil:* alij *abul, ſtabul, fabul* ſcribunt: ſed ne quicquam proficiunt: nam conſideratius auſcultanti nec *e*, nec *i*, nec *o*, nec *u* eſt, ſed tinnitus quidam, vocalis naturam habens, quæ naturaliter his liquidis ineſt.

M.

M Latina litera ſine controverſia & noſtra eſt.

	Vir		aries
	man		*ram*
	viri		truncus arboris
	men		*ſtem*
	lac		elegans
	milk		*trim*
{Ante vocales}	muſcus	{Poſt vocales}	abs
	mos		*from*
	plus		μῦ .i. tace
	mör		*mum*
	rancedo		alumen
	mur		*alum.*
	medit[illegible]ari meditando		
	mü[illegible]s		

N.

Par eſt ratio de litera N.

Non			poſſe, aut ſcire
nai			*can*
ringere more canum			vannus
nar			*fan*
propè			amuſium venti iudex
nër			*fän*
Ante vocales: nidus			palus
Ante vocales: *neſt*		Poſt vocales:	*fen*
nihil			fouea, ſpelunca
niſls			*den*
non			ſtolidus
not			*fond*
non			ſtare
no			*ſtand*
novum			dolium
nv			*tun*
			oppidum
			toun
			modulare fides aut vocẽ
			tün.

Et hæc litera ſemivocalis mõſtrat naturã. Nã cùm

Londinum	
Londꝟ	*n*
Waldinum	
Waldꝟ	
equitatum	
riddꝟ	
pugnatum	
fauhtꝟ	
oneratum	
lädꝟ.	

& eiuſmodi ſonos nos Angli no-

ſtra lingua pronuntiamus, ſonus quidam auditur quaſi vocalis inter mutas cum *n* coniunctæ, ſed quæ neque *a*, nec *e* vires, nec *i*, nec *o*, nec *u* referat.

P.

Eſt & hæc litera Romana communis Anglis.

Ictus
pat
penna
pen
meſura quædam
pek
cortex
pil
Lucius
pïk
{Ante vocales} ſeligere, aut furari
{Ante vocales} *pik*
ſcabies grandis
pok
ſacculus
pök
vellere
pul
piſcina
pül

mamilla
pap
pileus
kap
ſimia
äp
ſaltare
lëp
profundum
dëp
ſeruare
{Poſt vocales} *këp*
caſtrare
lib
exuere
ſtrip
ictus
ſtrïp
putare
lop
ſiſtere
ſtop
ſummitas
top
ſupra
up.

Quid

Q.

Quid ſibi velit hæc litera non poſſum intelligere: nam ſi accipimus *k* pro illo ſono, qui adiunctus *a*, *ka* facit, & *u*, *ku*, quid agit, aut cui officio ſeruiet *q*? Si princeps eſſem Grammaticorum, ita vt leges æternas, & per omnem hunc Romanorum & Germanorum orbem valituras, ferendi haberem authoritatem, vt mendicã, ſuppoſititiam, & nulla neceſſitate veræ literæ locum iniurioſè occupantẽ expellerem, & longè hinc exulare iuberẽ: vt Sara fecit Agar & Iſmaelem, Iſaacus poſtquam cœpit in robur creſcere. Verè ſeruilis eſt *q*, manca & decrepita, & ſine *u* tanquã bacillo nihil poteſt, & cum *u* nihil valet amplius quàm *k*. An tibi videor liberè dicere quod ſentio? QVINT. Tu quidem liberè: ſed expecto quid ſis dicturus. Equidem in alio iampridẽ orbe videor eſſe, tam mihi omnia vidẽtur noua & veriora. Neſcio an totam ætatem antè in ſpecu habitaverim Platonico, vbi vmbræ pro corporibus habentur. Perge per Deum Opt. Max. & ſuperos omnes, aut omnia mihi monſtra, aut reduc me in ſpecum vbi fuerã. Hic eſt verè Patrum limbus, certè mihi Purgatorium Pontificis Romani videtur inter hæc duo verſari. SMITH. Ergo mox miſſam faciam hãc literam & alias, & tandem expiatus emitteris. Auſculta igitur.

Qualis qualis eſt *q*, hanc habemus, ſed ſemper

h.j.

præcedentem ſuæ *u*, vt ancilla ſuperba. Græci homines vt amantes libertatis, nunquam illam ſunt paſſi apud eos verſari : ſed nec vetuſtiſſimi Angloſaxones.

Coturnix	
quail	*kuail*
concilium pedaneorum iudicum	
queſt	*kueſt*
vivus	
quik	*kuik*
liberatus	
quit	*kuit*
quietus	
quït	*kuït*
querela	
quarel {*Et eadem cur non rectiſsimè per* k *cùm* u?}	*kuarel*
inſalubris	
quaſi	*kuaſi*
familiarem facere	
acquaint	*ackuaint*
familiaritas	
acquaintanc	*ackuaintanc*
tapetis ſuffulti lana genus	
quilt	*kuilt*
pennæ pars qua ſcriptores vtuntur	
quil	*kuil.*

R.

R eadem eſt noſtra, quæ Latinorum : ſed aſpiratam Galli noſtrates habent in vſu.

	Sorex		vicia, leguminis genus
	rat		*tär*
	pannus		pix liquida
	rag		*tar*
	curare		corrumpere
	rek		*mar*
	metere		equa
	rëp		*mär*
	diſſuere		eleuare
	rip		*rër*
Ante vocales	maturum	Poſt vocales	rumpere
Ante vocales	*rïp*	Poſt vocales	*tër*
Ante vocales	inteſtinum	Poſt vocales	abies
	rop		*fir*
	virga		ignis
	rod		*fïr*
	funis		quia
	röp		*for*
	fricare		ante
	rub		*beför*
	piſcis percæ ſimilis		lappa
	ruf		*bur*
			canis ruſticus
			kur

S.

S item noſtra tanquam Latina eſt, & vbique profertur.

	Sedit		abi
	ſat		*pas*
Ante vocales	ſal	Poſt vocales	miſſa
Ante vocales	*ſalt*	Poſt vocales	*mas*
	plantauit		ferculum
	ſet		*mes*

	vendere		orna
	ſel		*dres*
	ſedere		oſculari
	ſit		*kis*
	cribrari		aberrare
Ante vocales	*ſift*		*mis*
Ante vocales	mollis	Poſt vocales	damnum
Ante vocales	*ſoft*	Poſt vocales	*los*
	ſoccus		iactitare
	ſok		*tos*
	filius, aut ſol		diſſolutum
	ſun		*lüs.*
	citò		
	ſün.		

T.

Necnon & τ͂ *t* Latinæ ſonus, noſtræ *t* ſimilis eſt.

	Procerus		pinguis
	taul		*fat*
	cape		felis
	täk		*kat*
	narra		verberauit
	tel		*bet*
	anatis genus		adduc
Ante vocales	*tël*		*fet*
Ante vocales	donec	Poſt vocales	aptum
Ante vocales	*til*	Poſt vocales	*fit*
	tegula teſtacea		morſus
	tïl		*bit*
	iactita		ſors
	tos		*lot*
	ceſpes		putreſcere
	turf		*rot*
	dolium		ſed
	tun.		*but*
			ſeca
			cut.

X.

X abbreuiatio potius eſt, & ſcribendi compendium quàm litera, duarum enim literarum ſonũ habet *k* & *s*, neque Latini neque nos illa multum vtimur, & noſtra vocabula omnia quæ nativa ſunt Anglica, monoſyllaba ſunt, in quibus *X* (quod ſciam) nullum inchoat: at in fine vocum ſæpius vtimur.

Securis		
ax		*aſk*
quære		
ax		
profluvium ventris		
lax		*laſk*
myrrhis		
kix	*Hæc tamen magis ex vera linguæ Anglicæ formula dicimus aut ſcribimus.*	*kiks*
lignula		
ſtix		*ſtiks*
ſex		
ſix		
vulpes		
fox		*foks*
ſocci		
ſox		*ſoks*
pyxis		
box		
ictus		
knox		*knoks*
acervi		
rux.		*ruks.*

Nam quæ in *k* deſinunt nomina, illis addendo *s* plurativum facimus numerum: Dama damæ, *buk*

buks: liber libri, *bük büks:* ſerra ſerræ, *lok loks:* aſpectus, plural. aſpectus, *lük lüks: knok* ictus, *knoks* plures ictus: *bak* dorſum, *baks* dorſa. Quæ ſi compendij cauſa concludimus per *x*, idem reddetur ſonus. Et mihi quidem non diſplicet compendium, non ſi vteremur Græco ↓ in *laps* ſinubus, *lips* labiis, *ſkips* ſaltubus, *knops* bullis, *tops* cacuminibus, & cæteris eiuſmodi.

Z.

Z item Græca litera eſt, & apud nos ſ mollius refert, in initio dictionum illo (quod ſciam) non vtimur, niſi cùm aliquando ruſticos noſtros irridemus, qui pro

Dixit				in fila deducere
ſaid		*zed*		*fäz*
videre				contemplari
ſe		*ze*		*gäz*
ſedit	{di-cũt}		{Poſt vocales ſæpe}	piſa
ſet		*zet*		*pëz*
ſedere				placere
ſit		*zit*		*plëz*
ſic				otium
ſo		*zo*		*ëz*
				mendacia
				liz
				picæ & artocreæ
				pïz
				mollire lanas, & digiti pedis
				töz
				naſus
				nöz
				labyrinthus
				mäz.

Abſoluimus iam omneis literas Romanas, & quatuor Græcas χ, υ, x, ζ, quas catalogo literarum ſuarum Romani adiunxerunt, quaſi ciuitate donatas: an tibi videtur aliquid reſtare? QVINT. Mihi quidem nihil, ſed ego vix ritè abſolutus videor, tanquam quorum conſcientiis non ſatis eſt factum. Sine me reſpirare aliquantiſper, vt iis qui è profundis tenebris in lucem ſunt ſubitò protracti, caligant adhuc ad novum ſplendorem oculi, profectò necdum ſcio vbi ſim, nec ea videre videor, quæ video. SMITH. Mane, nondum es prorſus egreſſus illo tuo limbo & ſpecu, manent adhuc aliquot vmbræ, & opacitas non parua. QVINT. Vereor ne retrahar in tartarum, vt Euridice Orphei: ſine me quæſo conſiſtere vbi ſim. SMITH. At niſi carmen totum audias, nihil valet excantatio, non expiaberis, & multas breui maculas ipſe nondum ablutas deprehendes. QVINT. Perge igitur me ſuffire iſto thure tuo, lauare, & carmine excantare, ego me tibi præbeo. SMITH. Quãvis omneis Alphabeti Romani rimati ſumus angulos, quanvis item certas Græcas literas aſſumpſimus, nimis tamen eſt anguſta & inops hæc opulentia. Ecce tibi certi ſoni Anglici, qui hactenus vagantur, nec ſedem habent vbi poſſint recondi, vt cùm Anglicè volo dicere, quod Latini dicunt, *tu, te, illos, iſtos, illud, hoc, pater, frater,* ipſéque adeò articulus noſter, qui reſpondet τῷ ὁ Græco, quomodo ſcribantur non habes. QVINT. Atqui facilè tibi hæc ſcribam, his quas tu percurriſti lite- II.

ris, *thou, the, thös, thës, that, this, father, brother,* & articulum *the*. SMITH. Vides in quanta verſaris adhuc caligine: nam ſi *te* ſcribis *the*, quo modo ſcribes illud quod nos, rem facere, appellamus, an *the* etiam? At inter ſonos longa eſt differentia, & furem *thef*, & verberare *thak*, & denſum *thik*, pollex *thomb*, tonitru *thunder*, & nomen Gentile meũ *Smith*. Vides in pronunciatione quantum à poſterioribus priora differant, ſunt illa ſono molliore, hæc rigidiore: id quod qui vel ſemiſurdas habeat aures poteſt diiudicare. QVINT. Errorem quidem video, quomodo verò corrigatur non intelligo. SMITH. Certè alteras harum voces neceſſe eſt non rectè ſcribi iiſdem literis, & fieri poteſt vt neutræ ſcribantur vt oportuit. Nam ſi *h* adiuncta vim habet emolliendi literas, tunc priora per *dh*, poſteriora per *th* rectè ſcriberentur, vt *dhe, dhou, dhem, dhat*. Nam quod Alemani *die, das,* aut *dat,* nos vt vides *dhe* & *dhat* pronunciamus, & ita rectiſſimè ſcriberentur: Et poſteriora non incommodè per *th*. Ambo verò per *th* profectò ſcribi non poſſunt. In vetuſtiſſimis Angloſaxonum libris qui in Elienſi cœnobio ſervabãtur, vidi has voces ita ſcriptas Romana manu, *faðir, moðir, ðe, ðat, ðem*, alias autem quæ Romanam *d* referebant *d* directa. Quæ autem poſteriora poſui charactere quodam iſtiuſmodi *þ*, quam ſpinã id eſt *porn* noſtri proavi appellabant, fides *faiþ*, fur *þief*, denſum, *þik*.

Ex quo intelligi poteſt maiores noſtros & primos

mos illos Angloſaxones multò curioſius intuitos eſſe naturam literarum, quàm nos hodie facimus, rectiúſque ſcripſiſſe. Q v. Rectè tu quidem coniectas: & aliàs intellexi cùm per Barbararum gentium incurſiones, Vandalorum, Afrorum, Turcarum, Bulgarorum, Hungarorum, Gothorum, Hũnorum, & Gepidarum, quæ omnes aut in obſcuriſſimo gentilitatis errore verſabantur, aut Arrhianam ſectabantur hæreſin, in vtroque imperio tam Romano quàm Græco, nihil niſi bella, cædes, rapinæ, perſecutiones, & deſolationes audiebantur. Religioſi homines, & otij, pietatis, ac literarum amantes in hanc inſulã confugiebant, vt remotiſſimam à malis, quæ tum terra continens ſentiebat, tanquam in aſylum, vnde literæ Græcæ Latinæque longo tempore pòſt apud nos floruerunt, cùm interea Romæ & Athenis, in tota Italia & Græcia, quæ ſunt metropoles ac matrices vrbes, ac regiones harum lïnguarum, ipſæ eorum linguæ & doctrinæ cœperunt paulatim barbareſcere & interire. Iſtuc memini me legere apud Sulpitium, qui divi Martini fuit diſcipulus, & vitam eius cõſcripſit, id quod etiam ex Beda poteſt colligi. Miror verò quomodo maiores noſtri literas has perdiderunt. S M. An putas nos ſolos malorum quæ bella & Barbararum nationum incurſiones afferant expertes fuiſſe, tanquam gallinæ filios albæ? Scythæ, quos hodie Scotos appellamus, vnam partem occuparunt, & Picti, Dani, Norwegi, Suedi, tanquam tempeſtas aut locuſtarũ nubes

operuerunt totam hanc insulam, & multos annos vexaverunt, gentes initio non Christianæ & quasi extremè Barbaræ: nam Christianam fidem & bonas literas à nobis hauserunt, quæ per has turbas & vexationes paulatim apud nos quoque cœperunt deperire. Post adventum Normanorum Gallicam imitati sumus linguam, & scriptionem, quæ certè est ineptissimè confusa, aliàs ad fastidium otiosis suffarcta literis, aliàs ad mendicitatem inops & ieiuna, nunquam sibi constans, & rarò rationi consona. Sed redeamus ad rem.

Hac litera siue charactere quam spinam vocant, avi nostri, & qui proximè ante librorum impressionem vixerũt sunt abusi, ad omnia ea scribenda quæ nunc magno magistrorum errore per *th* scribimus, vt þ^e. þ^ou. þ^at. þ^em. *þief, þik*. Sed vbi mollior exprimebatur sonus supernè scribebant, vbi durior in eodem sulco: molliorem appello illum quem Anglosaxones per ð duriorem quem per þ exprimebant. Q v. Et rectè quidem, nam illud Saxonum ð respõdet illi sono quem vulgaris Græca lingua facit quando pronuntiant suum δ, aut Hispani *d* literam suam molliorem, vt cùm veritatem *verdad* appellant. Spina autem illa videtur mihi referre prorsus Græcorum θ. S M. De sonis illis τȣ̃ δ & τ̃ θ tractare an sint iidem qui apud veteres erant in vsu, non est nũc huius inquisitionis. Sed ex hoc rectissimè colligitur veteres illos eruditos, siue Anglos siue Anglosaxones appellabimus, non putasse in litera *h*, vim esse molliores reddendi literas

adiunctas: nam alioqui non novos excogitassent characteres ð & þ: sed alterum sonum per *dh*, alterum per *th* abundè putassent expressum. Qv. Est quidem aliquid quod dicis. Sed annon putas spinam illam rectè exprimi per *th*? Sm. Non hercle, non magis quàm ð per *dh*, aut qui sonus redditur cùm fauor Anglicè dicitur per *fafhor*, aut amor per *lofh*: nam si *h* mollire *t* & *d*, cur nõ emolliet *f*? nec cùm pro illa, Latinè *ſhe* dicimus Anglicè, aut, cõcham, *ſhel* appellamus, rectè ista puto scribi. Nam in *h* vim agnoscimus exasperandi & densandi, non evirandi & emolliendi. Qv. Non planè intelligo quid velis. Sm. An putas nos rectè literæ *h* sonum & vim explicuisse tam ante quàm post vocales, dum in ordine literarum de ea disseruimus? Qv. Puto profectò. Sm. Iunge eum sonum, qui est proprius τῷ *h*, omnibus alijs consonantibus, & facilè percipies quò tendam. Atque vtinam Wallũ aliquẽ nostratẽ hîc haberemus. Qv. Cur ita? Sm. Quia ferè natio illa cunctas nostras voces ista litera densat. Dic Anglicè, tendere arcũ. Qv. Dico *bend a böu*: Sm. At post *b* subde *h*. Qv. Non possum. Sm. At Wallus facillimè: faciam vt possis, sona *hend*, nunc præpone *b* in suo proprio sono. Qv. Nescio quid dicam. Sm. At ausculta, *bhend a bhöu*. Qv. Audio. Sm. Densior ac duriórne videtur sonus quàm simplicis *b*, an mollior? Qv. Imò multò durior, & spiritus ex imo gutture cum vi efflatur, agnoscóque tam *b* quàm *h* proprium & nativum sonum.

SM. Quid cùm retrò dico Anglicè *behïnd*, ſi eximo *e*, annon facit *bhïnd*? Ita ſonant Walli cùm id volunt dicere, quod nos *bïnd*, id eſt ligare appellamus. Q v. Gens ſpiritoſa eſt, libet illis imitari Arrhium illum quem irridet Catullus. SM. Si Wallum audires famulũ ſuum Davum aut Davidem inclamantem, *Dhaſi Dhaſi*, non diceres *h* mollire literam *d*, ſed denſare. Ita cùm tenerum Anglicè Wallus dicit, non vt nos *tender*, ſed *thender*, non audis ſonum hunc Saxonicæ ſpinæ þ, ſed planè ſonum quẽ reddit *te-hender*, cùm *e* quod *h* præcedit auferas. Q v. Satis eſt: ergo φ̃ Græcũ non putas eſſe ſonandũ vt *f*, ſed vt Walli *phi*, ſicut ſi *pe-hi* diceremus expuncto *e*. SM. Rectè coniectas, & rectè Itali, qui cùm nunc ſonẽt *Philoſophus*, *philoſophia*, *phyſicus*, ſecundum illiteratum & corruptum hodiernorum Græcorum morem, propterea etiam exarant penna, *filoſofus*, *filoſofia*, *fyſicus*: ſcribunt enim ingenuè vt pronuntiant. Credóque veteres Latinos ſi φ̃ Græca non alium habuiſſet ſonum quàm *f* Latina, non dubitaturos fuiſſe, *philoſophiam*, *phyſicum*, *pharetram*, *Philippum*, non per *phi*, ſed per *f* reddere, vt *filoſofiam*, *fyſicum*, *faretram*, *Filippum*. Quemadmodum & cæteras voces quæ ſonum habent eum, quem ſuæ literæ poterant explicare. In cæteris vbi non poterant, Græcos non verebantur accipere mutuò characteres, *k*, ϋ, ζ: *x* autem Græco pro χ vſurparunt, ſequuti fortaſſe aliquam dialectum quæ ita ſcribebat. Et fieri quidẽ poteſt quòd φ̃ Græcum eum

habebat ſonum quem τῷ β Græci hodierni donant, & θ ſonum eum quem *th* hodie non rectè damus: nam ſi non eſſet alia deflexio vocis, niſi aſpirationis additæ, æquè facilè fuerit τῷ τ̔ & ῷ π̔ aſpirationem adiungere, vt hîc vides, quàm τῷ ῥ̔. Sed quia fuit alia deflexio vocis, novum illis excogitaſſe characterem percredibile eſt. QVINT. Hac quidem ratione, vt video, in pleriſque vocibus, vbi hodie vulgus *h* litera vtitur, inconcinnè facit & ineptè, & vt imperiti pharmacopolæ, qui ſuccedaneam in medicamentũ herbam infarciunt vel aroma, quod cõtrariam aut diverſam vim habet ab illa quæ requiritur. SMI. Tu quidem nõ malè iudicas, vides quantum carmen & expiatio noſtra valeat. QVI. Video quidem, ſed me nõdum his tenebris explicuiſti, quid falſum ſit auribus & oculis & quaſi manibus palpo, quid autem ſit verum nondum oſtendis. Itaque adhuc animi pendeo, quaſi inter Averni tenebras & claram lucem. Credo me tamen haud procul abeſſe nunc ab oſtio ſpecus, ſive ſit Tenarus mons, ſive ager Lebadicus, ſive Averno vicina Cãpania, ſive divi Patricij patria, Hibernia, quò retrahar è tenebris iſtis purgatorijs. Ne me mitte quæſo donec ipſum ſolem ac lucem videam. SM. Bono animo eſto, quatuor tantum reſtant ſoni, qui te impediunt, vagantes incertis ſedibus, hi te adhuc detinent: his ſi ritè fuerint inferiæ factæ, locúſque & ſedes æterna conſecrata, iam nihil tibi fiet amplius negocij.

Quis ergo rectus!

De B *aut* F *molli, quam alij falsò vocant* V *consonantem.*

12. SONVS est sive litera quædam quam Græci hodierni β suam faciunt, & Hispani nonnunquam suam *b*, vt cùm dicunt *Pinon de beles*, sonando illud *be*, quomodo nunc vulgus, cùm *ve* in *Vesta* aut *vetus* proferunt. Et hunc sonum Grammatici imperiti *v* consonantem appellant. Quid autem habet *v* cum *b* commune, muta cum vocali? Certè vt multi scribunt, hæc litera formam habet naturæ *b* mollis non inconvenientem: nam à *b* non differt, nisi quòd *b* recta stet, hæc autem semisupina aut curvata iacet, ɓ, ᵬ, β: habet autem sonũ quasi *f* lenioris. Nam vt *pe* ad *be*, sic habet *vi* ad *fi*: ea quidem commutatione mutarum inter se, quã Græci habent in verbis coniugandis: Angli non vtuntur, at Walli nostrates, vt intelligo, frequentissimè. Satis est hoc scire, nos duas habere literas quadratas, quæ compressione labiorum sonantur *pe, be,* quarum altera tenuis, altera robustior, duas autem quæ imo labro ad dentes superiores allisò cum efflatione proferuntur, altera molliore, altera vehementiore, *ve, fe,* sive illas libeat appellare *ev, ef.* Ita fit vt vbi Græci tres tantum habeãt mutas inter se proportionales π β φ, Angli quatuor teneant. Harum literarum sonos ex his verbis collige,

	p.	*b.*	*v.*	*f.*
In angũstũ constrictus	*pent,*	tensus *bent,*	spiramen *vent,*	ruptura *fent.*

Credo verò literam hanc & eius vim Romanis veteribus prorsus incognitam fuisse. At vbi totum propè orbem semel civitate donassent, nõ est mirum si & Barbari soni & literæ sint etiam receptæ: vnde factum est, vt non solùm Romana lingua, sed etiam linguæ sonus tempore & spacio tantum sit immutatus, vix vt eũ possint agnoscere, qui fœlici illo tempore vixerunt, si nunc è mortuis resurgerent. Litera hæc rarò præcedit, nisi in vocalibus semilatinis aut Gallicis. Huic docendi causa characterem hunc affingimus, *V v*.

	Spiramen		dona
	vent		*giv*
	vicarius		donavit
	vicar		*gav*
	vilis		servare
	vil		*sav*
Ante vocales	Acetum	Post vocales	habere
	viniger		*häv*
	camera		manica
	vout		*slev*
	verè		findere
	very		*clev*
	verè		hærere
	verily		*cliv*
			vagari aut, latrocinari
			röv
			amor
			lüv
			vngula equi
			hüv.

Characterem huius literæ novo, vt ab *u* differat, do-

cendi cauſa neceſſariò ſum coactus pro tempore vti. Qui curioſius in Angloſaxonum libris verſati ſunt, contendunt ꝼ Angloſaxonum ſonum hunc habuiſſe, vt ꝼ ꝼ τῦ f.

De Ȝ, hoc eſt, g ſtridulo ac molliore, ſiue c denſiore, quam falſò vocant quidam conſonantem I.

13. QVID I ſonat ante cæteras vocales, antè à nobis dictum eſt: & de ſono quidem huius literæ ſatis conſtat, doctrinæ tantùm cauſa characterem illi dabimus hunc Ȝ, vt ſecernatur à *g:* nam vt Græci in ſecunda coniugatione tres habent literas indices κ, γ, χ, tenuem, mediam, denſam, Angli quatuor habent rata proportione ſibi reſpondentes, *ka, ga, ce, ȝe:* Illæ ſimplices & apertæ, hæ ſtridulæ & compreſſæ: illæ, mediæ linguæ officio ſonantur, hæ ſumma lingua ad interiores illiſa ſuperiorũ dentium gingivas efflantur, quódque eſt *ka* ad *ga*, idem eſt *ce* ad *ȝe*. Vtraque tenuis ſuam habet mediam, ſimplex & aperta ſimplicem, ſtridulam ſtridula, aſpiratas Wallis relinquimus.

Quatuor literæ reſpondentes.

Ferrum quod ambit imam vaginam	Hiſpanica chlamys
cäp	*käp*
ludere antiquis, nunc obſcœnius ſignificat	os diducere
ȝäp	*gäp.*

Sonus

Sonus huius ȝ præcedit & ſequitur vocales omneis.

Graculus	ætas
ȝai	äȝ
iakkus vel ioannidion	vernula puer
ȝak	paȝ
equus nihili	cavea
ȝäd	käȝ
gagates, & ſuperbè ïcedere,	ſepes
ȝet	heȝ
pedicæ accipitrum	porca.i.quod eſt inter duos ſulcos
ȝes	reȝ
clemens, vrbanus	carex
ȝentil	ſeȝ
Ante vocales: ſagulũ, veſtis arctæ genᵒ,	obſidio, & ſedes
ȝerkin	ſëȝ
flagellare {Poſt vocales}	pons
ȝirk	breȝ
Ioanna	apta volare
ȝön	fliȝ
Georgius	hoſpitium præbere
ȝorȝ	loȝ
iuſtum, verum	Rogerulus ruſticorum
ȝuſt	hoȝ
ſuccus herbæ	peregrinæ ovis pellis
ȝüs	buȝ
Iudæi	grandis, giganteus
ȝues	hüȝ
	Iudex
	ȝuȝ.

Prælonga differentia eſt inter ſonum *G*, ȝ, & *I* conſonantis.

Elegans	graculus
gai	ȝai

obtinere	gagates	adhuc
get	*ȝet*	*yet* vel *iet*
branchia piſcis	fœmina levis	conceſſit
gil	*ȝil*	*yild* vel *ield*
abiit	Ioanna	illuc
gön	*ȝön*	*yonder* vel *iender.*
olla	iudex	
ȝug	*ȝuꝺ.*	

Voces tamen pleræque quas Meridionales Angli per hunc ſonum ꝺ ȝ pronuntiamus in fine, Boreales per *g* pronuntiant, pons, nos *briꝺ*, illi *brig*, ruptura *brëc*, illi *brëk*, maturam avem ad volandum, nos *fliꝺ*, illi *flig*.

Hunc characterem etiam in illis pervetuſtis Angloſaxonũ libris Anglicè, ſed Romana manu pulchrè ſcriptis, de quibus antè loquutus ſum, videre me memini: ſed quem ſonum illa reddebat ætate, planè ignoro.

De ð *&* þ, *quarum altera* d *leniorem refert, altera* t, *quarum ſonus confuſè vulgo per* th *exprimitur.*

14. GRAECI τ, δ, θ, pro ratione ſibi reſpondentes habent, quarum vnam tenuem, alteram mediam, tertiam denſam ſive aſpiratam appellant. Nos Angli quatuor ſonos habemus his reſpondentes, quarum nulla *th* refert, ſi quis nativas vires *t* & *h* tam diſiunctas per ſe quàm coniunctas conſideret. In his per comparationem inter ſe ſonorum diverſitas elucebit, quarum *t* & *d* linguã ad interiores dentium gingivas retrahunt: ð verò & þ linguam exerunt inter priores dentes, & ita

efflantur, atque aliter non poſſunt proferri.

Cõſperſio,	quamvis	ſtuppa	glaciẽ liqueſcere
Döu	*Δöu*	*töu*	*θöu*
audeo	ibi	vitia,& rũpere,	nomen propriũ
där	*ðär*	*tär*	*θär*
charum	ibi	lachryma	tenue quibuſdã
dër	*ðër*	*tër*	*θen*
ſpelunca	tunc	decem	denſum
den	*ðen*	*ten*	*þik*
Richardus	ille,lingua Meſoſaxonũ,	ricinus	
Dik	*ðik man*	*tik*	
	ille, lingua Trãſtrentanorum		
	ðilk man.		

Sonus		plumbum albũ,	tenue
din	[illegible]	*tin*	*þin*
prandere	tuum	perdere,idiomate Trãſtrẽtanorũ	
din	*ðin*	*tïn*	
nomẽ literę,	te	Latinus caſus accuſativus,	ꝑficere, aut rẽ facere
de	*ðe*	*te*	*þe.*
columbus	tu		
dou	*ðou*		
dama fœ-	quãvis,& quibuſdã tũc,	digitus pedis,	
do mina	*ðö*	*tö*	
facere		duo	
dü		*tü*	
agere		reindagari	rem facere
drïv		*retrïv*	*þrïv*
timor		conculcare	filum
drëd		*trëd*	*þrëd*
Dæmon	illud malum		
Devil	*ðeꝰvil.*		

Et characteres hi,ſi quidem rudiores videantur, poterũt excogitari faciliores. Satis eſt factũ noſtro labori ſi differentiam ſonorum & naturas ac vires

harũ literarũ explicuerimus, vt internoſci poſſint.

15. QVINTVS. Suſtine quæſo pauliſper, dixiſtin' has duas literas ðe & þe efflari inter dentes? annon hæc aſpiratio eſt? Aut quid tibi vis cùm efflari dicis? At ego inter efflare & aſpirare nullum facio diſcrimen. Cur igitur pro illa efflatione non es contentus ad *t* iungere *h*, ſed novam quæris literam? SM. Quia cùm duæ aut plures literæ iunguntur, ſonum efficiunt compoſitum & multiplex, ita vt cuiuſque literæ propria vis & natura conſervetur: vt cùm dico *ſto*, *ſtra*, in illa *s* & *t*, in hac *s*, *t*, & *r*, planè audiuntur, eodem modo cum in *tra*, ſuadeo, & Græci μνῆμα, βλάπτω, nulla litera ſuum perdit ſonum: nam alioqui cur ſcriberentur niſi vt eſſent prolatæ?

illos, ipſos, illud,

At hîc dum, *dhem*, *dhöſ*, *dhat*, dicimus, nec *d*, nec *h*, auditur ſonus, ſed aliud quiddã diverſum ab illis.

fur, rẽ facere,

Idem dicimus de *theſ*, *the*, neque *t*, neque *h*, neque vtriuſque permixtæ, ſed alius ab vtraque litera ſonitus percipitur. At cùm Wallorum motenerum, dæmon,

re pronuntio *thender*, *dheul*, in prima *t* & *h*, in altera *d* & *h* planiſſimè audiuntur. Non enim vt in coloribus album nigro admixtum, cæſium & cineritium, aut luteum cæruleo, viridem faciunt: ita literæ ſibi invicem adiunctæ tertium faciunt ſonum à duobus primis diverſum: & proinde non dicimus permiſceri literas, ſed adiungi. Sed vt in cãtu ſi quatuor quinquéve voces, quas partes

appellamus, ita ſonentur, vt nec vna neque altera diſtinctim audiatur, ſed omnes ſimul quendam confuſum & à ſingularum partium vocibus diverſum ſonum reddant, non planè bella nec ſuavis erit Muſica: ſed ſi ſic cantetur vt qui ima, quique ſumma voce reſonent, & illi qui intermedias partes occupent, ſinguli per ſe & diſtinctim ſuas defendant voces integras, & tamen cum reliquis cõcordent, divina illa & auribus tã grata ſentitur Muſica. Neque vt aſinus & equa procreãt mulum, qui nec patris referat nec matris naturam: ita duæ literæ iunctæ ſonũ ab vtraque differentẽ gignent. Certũ eſt enim ideò ſcribi, vt quod prolatum ſit, exprimatur. Ergo ſi *t* & *h* ſcribo, *t* & *h* debent audiri: ſed ſi aliud ſcribatur, aliud audiatur, aut nõ rectè ſcriptum, aut certè vitioſè prolatum eſt. Neque verò eſt omnis efflatio litera *h*, nam nulla litera ſine ſpiritus noſtri efflatione proferri poteſt. Profectò quædam efflantur violentius, vt *r*, *s*, *f*, & iſtud *þ*, quædam tenuius, vt *c*, Δ, Ꝟ. Conſonantes quædam cùm extremæ ponuntur, os planè obturare videntur, ita ſpiritum comprimunt, vt *b*, *k*, *m*, *p*, *t*, at efflari prius oportet, alioqui nullus edetur ſonus, ſed in ipſa compreſſione litera formatur. Fiunt enim humanæ & articulatæ voces, dum ſpiritus efflatus linguæ, labiorum, palati, gutturis, dentium, gingivarum habitudine varia conformatur. H verò κατ' ἐξοχὴν aſpiratio vocatur. Eſt enim omnium literarum ſpirituoſiſſima, vel ſpiritus potius ipſe, nullius aut quamminimum e-

gens officij eorum quæ modò nominavimus instrumenta literarum formandarum. Qv. Nũc intelligo & tibi assentior: duc me igitur quò vis.

16. SMITH. Ex his conficitur, neque sonum illum quem nos proferimus, dum illam, aut fraxinũ dicimus rectè per *she* & *ash* conscribi, nec enim verus & genuinus sonus vtriusvis literæ auditur. Nam desit τῷ *s* serpentinus ille sibilus, & τῷ *h* grandis ac violentus afflatus: sed quidam intermedius & mixtus persentitur, & vt *z* vno modo, ita hæc litera torquet illam sibilantem *s* alio. Fingamus docendi gratia characterem illi ϛ.

	Illa		fraxinus
	ϛe		*aϛ*
	effusus		
	ϛed		ferire
	quatere		*laϛ*
	ϛäk		
	sign. fut. temp.		tener
	ϛal		*neϛ*
	argutus		
	ϛril		caro
Ante vocales	levis	Rarò vocales, nisi breues sequitur	*fleϛ*
	ϛitle		
	partire		erubescere
	ϛöl		*bluϛ*
	officina		iuncus
	ϛop		*ruϛ*
	vitare		
	ϛun		
	lucere		Dens exertus, & Interiectio contemptus
	ϛin		*tuϛ*.
	anterior tibiæ pars		
	ϛin.		

Iſta quidem nõ nego poſſe per *ſh* ſcribi, quòd non ſit alius ſonus qui tam propè accedit, vt inde confuſio debeat timeri. Sed quia ſonus τῆ̃ *s*, à ſua vera, & naturali forma deflectitur magis quàm aſpiretur, propterea verius nova litera dici poteſt quàm quiddam coagmentatum ex *s* & *h*. Vide autem Quinte mi, quantum à vulgi opinione differt iudicium meum: dico ſonum huius ſ proprius accedere ad *ſ* & *i*, quàm ad *s* & *h*: & vt intelligas clarius quod volo, primum ſona illud quod apud nos infernus appellatur. Q v. Faciam: *hel*. S m. Serva ſonum hunc integrum, & præpone *s*. Q v. *Shel*. S m. Ita quod aulam appellamus *haul*, & præpone *s*. Q v. *shaul*. S m. Vides non ſonari illud quod nos concham noſtra vocamus lingua, nec quod eſt futuri temporis ſignum noſtrate. At nunc ſona quod nos noſtra lingua dicimus eiulare. Q v. *yel*. S m. Et de canibus. Q v. *yaul*. S m. Et præpone *s*, ſervando ſemper priorem ſonum, & vnam tantùm ſyllabam faciendo. Q v. *syel, syaul*. S m. Quæro nunc abs te, mi Quinte, vter ſonus propinquior eſt quem pronuntiamus cùm volumus dicere Anglicè concham, & ſignum temporis futuri. Q v. Profectò hæc poſterior per *s* & *y*. S m. Quid ergo: noſtin hominem qui nomen habet *yäl*? Q v. Novi, quid tum poſtea? S m. Suo nomini præpone literam *s*, ita tamen vt niſi ſyllabam facias vnam. Q v. *Syäl*. S m. Quantum quæſo differt hoc vocabulũ ab eo quod nos proferimus cùm dicimus

Anglicè, nucis putamen, aut id quod reſtat nucis nucleo ablato? Qv. Non habeo quod dicam. Smi. Sed ſi quis error in literis ferendus eſt, cùm corrigi queat, nuſquã in vllo ſono tolerabilior eſt, quã in hoc ſi ſcribatur *sh*, & in þ ſi ſcribatur per *th*: nam hæ duæ vt & *f* quandam violentiam grã-diorem ſpiritus in proferendo requirunt, quàm cæteræ literæ vt antè diximus. Et ita quidem reſpondent hæ literæ, vt tenuis, media, denſa, *s*, ȝ, ſ.

s	ȝ	ſ
Minus	paſcua	ternio canum
les	*léȝ*	*leſ*
dixit	litera ȝ	fuſum
ſed	*ȝed*	*ſed*
meiere	ſtridor igneus	piſcis
pis	*fiȝ*	*fiſ*
aleæ	moritur	lanx, aut diſcus
dis	*diȝ*	*diſ*
certè	prudens	opta
iuis	*uiȝ*	*uiſ*.

Reſtat vt has literas in ſeriem & Alphabetum reducamus, & veteribus vetera, novis nova quidem, ſed ſecundum modum veterem quàm proximè fieri queat, nomina imponamus. Meminiſſe verò oportet vocalibus lõgis nos vnam harum notarum imponere ¨ ˝ ˆ ˜ ¯ vt *ä ä̋ â ã a*-Omnes hi apices nihil aliud niſi *a* eſſe duplici ſpatio temporis pronuntiandum notant: & ita de cæteris, vt exemplo patefiet.

ALPHA-

ALPHABETVM ANGLICVM.

			vir	galerus	corrumpere
A	a	a breuis	man	hat	mar
			iuba	odisse	equa
Â	ä	a- a longa	mân	hät	ma-r
			apis	lectus	iubere	latus
B	b	b be	bed	bid	ſid
			ceraſum	vultus	ſcindere
C	c	c ce	ceri	cër	cop
			columba	charus	malus
D	d	d de	dou	dër	bad
			tu	ibi	balneare
Ð	ð	Δ Đ Δe	Δou	Ðër	baδ
			ductus	natus	infernus
E	e	e breuis	led	bred	hel
			plũbum	panis	ſanare
Ê	ë	ẽ e- e longa	lëd	brêd	he-l
			genus	naſci	calcaneum
Ƒ	ë	ë Anglica	lëd	brëd	hel
			lima	tibia Alemãnica,	certamen
F	f	f ef	fil	fïlvt	ſtrïf
			vile	quinque	certare
V	∇	ƒ ev	vï-l	ſi-∇	ſtrï∇
			elegans	gignere	lignum
G	g	ge	gaï	get	log
			graculus	gagates,	hoſpitio excipere
Ȝ	ȝ	ȝ Ȝe	Ȝai	ȝet	loȝ
			habuit	caput	ſuſpirari
H	h	h ha	had	hed	ſih
			occultum	iube	per
I	ı	y i breuis	hid	bid	bi
			occultare	manere	emere
Î	ï	ĩ ı- ı longa	hïd	bı-d	bĩ
			catus	præhende	dorſum
K	k	k ka	kat	kac	bak

17.

l.j.

				ſerò	ductus	imple
L	*l*	*l*	*el*	*lät*	*led*	*fil*
				ſtorea	lac	obſcurum
M	*m*	*m*	*em*	*mat*	*milk*	*dim*
				non	collum	ſpelunca
N	*n*	*n*	*en*	*nay*	*nek*	*den*
				ſalire	equus	offa
O	*o*	*o*	*o breuis*	*hop*	*hors*	*ſop*
				ſpes	raucus	ſapo
Ô	*õ*	*ö o-*	*o longa*	*höp*	*hörs*	*ſop*
				olla	emaciare	ſinus
P	*p*	*p*	*pe*	*pot*	*pïn*	*lap*
				liberatus	penna	cotoneũ malũ
Q	*q*	*q*	*quu*	*quit*	*quil*	*quins*
				ſorex	aries	vectis
R	*r*	*r*	*er*	*rat*	*ram*	*bar*
				locationis charta,	pediculi	aleæ
S	*ſ*	*s*	*es*	*lës*	*lïs*	*dïs*
				paſcua	mendacia	moritur
Z	*Z*	*z*	*eZed*	*lez*	*lïz*	*di-z*
				ternio canũ,	piſcis	diſcus, lanx
Ƨ	*ƨ*	*ƨ*	*eƨ*	*leƨ*	*fiƨ*	*diƨ*
				plũbũ albũ	ſtuppa	fouea
T	*t*	*t*	*te*	*tin*	*töu*	*pit*
				tenue	degelaſcere	medulla arboris
T	*Θ*	*θ þ*	*þe*	*θin*	*þöu*	*piþ*
				dama mas	plenus	limus
V	*U*	*u u*	*u breuis*	*buk*	*ful*	*mud*
				liber	ſtultus	ira, vel affect⁹
V̂	*p*	*ũ w̃*	*v-u lõga,*	*bük*	*fül*	*mwd*
				verus	ruta	ceruleũ, nouũ
Y	*υ*	*ẏ*	*ü Græca*	*trυ*	*rυ*	*blυ nẏ*
				ſecuris	vulpes	ſex
X	*X*	*x*	*ex*	*ax*	*fox*	*ſix.*

In hoc Catalogo literæ ſunt x x x i i i i.

Sed quia quæque Latina vocalis dupliciter ſcribitur, tempore non prolatione differens, XXIX tantùm literæ iure poterunt dici. Quarum XIX ſunt Romanæ, *a, b, c, d, e, f, g, h, i, l, m, n, o, p, q, r, s, t, u.* IIII. Græcæ ſunt, *k, x, υ, z.* VI Anglicæ, *e, Δ, ƀ, Ʒ, Ƨ, þ.*

Ex harum literarum coagmentatione inter ſe, omnes Anglicæ linguæ ſoni poterunt in ſcripturam redigi, nihil vt deficiat, nihílque ſit aut redundans aut ſupervacaneum. Quod eſt rectæ atque emendatæ ſcriptionis, atque τῆς ὀρθογραφίας proprium, ſiquidem orthographia vel ars vel artis pars debeat appellari. Habes quæ de vi, poteſtate ac differentia literarum ac ſonorum Anglicorum ſum commẽtatus. Quod eſt tuum nunc de tota iſta re iudicium, Quinte? Q V. Meúmne quæris? Iam tandem videor intelligere quid ſit ſcribere, nam antè, vt dixi, tam multos in ſcriptione noſtrati vidi errores, adeò fuerant omnia confuſa, vt planè non putabam poſſe fieri vt quicquam certi aut conſtituti in eo genere reperiretur. Et iccirco me patiebar trahi cum vulgo, non aliter quàm navis quæ clauo aut gubernatore careat, huc atque illuc ventis ac fluctibus in incertum agitatur. Quod mihi æquè cum doctis atque indoctis fuit commune, vt meritò nobis exprobravit Obſtinatus.

FINIS.

Sequuntur exercitationes quædam ſcribendi.

Dama fœmina
dö *dow.*

facio
dü *doo.*

debitum
du *dw.*

ros
deu *dew.*

columba
dou *doow.*

farinæ conſperſio
döu *dow.*

deponis
laiſt *lae.*

auſcultа
leſt *leſt.*

minimus
le-ſt *leaſt.*

perdis
lëſt vel *lëſiſt*

mentiris
li-ſt *lieſt.*

fimbria panni
liſt *liſt.*

gallina
hen

gallinæ
henz

apage hinc
hens *hence.*

locus paluſtris
fen

loci paluſtres
fenz. *fenz.*

gladiatoria ars
fens

rupturæ, ſciſſuræ
fents

Involucrum
kot *cot.*

tunica, vel caſa
ko-t *cot.*

ſecato
kut. *cut*

genus anatis albam maculam in fronte gerens
ku-t *coot.*

defrutum, vel vinum coctum
köt vel *kuit*

minus
les

charta locat.
le-s *leaſe*

paſcua
lez *leſt.*

ternio canum
lëz *leaſhe.*

pediculi
liz *lice.*

mendacia
liz *liez.*

terræ incultæ & reſtibiles
lais *leaz.*

digitus pedis
tö *toe.*

ad
tu *too*

duo
tü vel *tw* *twoo.*

vt Galli *tu* pronuntiant
tu *thoou.*

emollire fricando
teu

lentum, durum
tou vel *touh*

ſtuppa
tö-u. *tow.*

glaſtum
vod *wad.*

ſilva
vud *wood.*

careo
mis

mures
mïs *mice.*

miſſa
mas vel *mes*

clava vel ſceptrum
ma-s *maw.*

à procis ambita
voed woowid.
inspectum
vved vowid.
inane
void
voto promissum
voued vo̊wid.

ad me
tu me too me.
duo viri
tü-men twoo me.
digitus pedis
to toe.
nimium
tu tu tootoo.
sonus cornuum
to to to to.

onerare
läd lade.
puer
lad
ponebat
laid
ducebat
led
plumbum
le-d lede. lead.
genus
lëd lede
mentiebatur
lïd lid.
operculum
lid

sumpt⁹, vel offæ cervisia madefactæ
mïz mizes.
mus
mous moows.

devorare
mouz moouz.

domus
hous
operiri, tegere domũ, dare
houz
pediculus
lous
pediculos legere
louz
pediculosus
louzi
colus, aut rupes
rok
acervus
ruk
cornicis genus
rük
interula muliebris
smok
fumus
smök
fumat
it smüks
levis politus
smug

labyrinthus
mäz maze.

aquam hordeo temperare, & macula retium
maz. mashe.

cœtus
huäl *uhäl*
pustula
huël {vel} *uhe-l*
rota
huël *uhël*
donec
huïl *uhïl*
nos
Vs *us*
vti
Ÿz *üz*
vsus
Ÿs *üs*
carere
lak
lacus
la-k
per rimas aquã admittere
le-k
porrum
lëk
simile
lïk
lambere
lik

oo.
e. sma. hic
ordine occurrit.

brieykabs. H. nõ pro
cedu cõsonãs

locavit
lat
ſerò
la-t
vetavit
let
dies iuridicus
lët
tingere
lit
leve *vel* lux
lit vel *liht*

pallidus
van
imminutio luminis lunæ
vän
nevus
ven
ablactare
ve-n
opinari
vën
lucrari
vin
vinum
vïn

primus Iud. rex
Saul
ſign. fu. temp.
Saul
nucis putamen
Sa-l
concha
Sel
vende
Sel

ſcortum
Quën
regina
Quën
clavus ſine capite
brod
latus
bro-d
grex pullorum nuper excluſorum
bru-d
cerviſiam fecit
brüid
fuſtis
bat
malus
bad
balneare
bäΔ
balneum
baþ

ſol, *vel* filius
ſun
citò
ſu-n
Deus
God
bubulci virga
go-d
bonus
gud

aut
eiΔer vel *oΔer.*
alij
u-Δer. *uðer.*
mãma vaccæ aut equæ
uder
pauper
pü-r
purus
pu-r vel *pÿr*, vt *An gloſaxones ſcribebant.*
propius intueri vt luſcioſi faciunt
pör
funde
pür vel *pour*
effunde
pour out
poteſtas
pouer.

certè
ïuis
prudens
uïz
optare
uıs
glacies
ïs
oculi
ïz
aroma
ſpïs
exploratores
ſpïz
cantor
canter
ſacellũ, barbarè capella
capel
mutare, barbarè cãbiare
canʒ
caſeus
cës
caritas
carite.

EXCVDEBAT ROBERTVS STEPHANVS TYPOGRAPHVS REGIVS, LVTETIAE PARISIORVM IDIB. NOVEMBRIS, ANN. M. D. LXVII.